MVSEI KIRCHERIANI

INSCRIPTIONES

ETHNICAE ET CHRISTIANAE

IN SACRAS, HISTORICAS, HONORARIAS, ET FVNEBRES

DISTRIBVTAE

COMMENTARIIS SVBIECTIS

Q · I · M · D · G · C

Giuseppe Brunati.

MEDIOLANI

EX TYPOGRAPHIA POLIANIA

M.DCCC.XXXVII.

Bontadosi

Res ardua vetustis novitatem dare, novis auctoritatem . . . obscuris lucem, fastiditis gratiam . . . Itaque, etiam non assecutis, voluisse, abunde pulcrum atque magnificum est.

Plinius in *Nat. Hist. Praef.* n. xi.

LECTORI ARCHAEOPHILO

IOSEPHVS BRVNATIVS

Plurium praestantiorumque virorum, qui optime meriti P. Kircherii vestigia sunt sequuti, liberalitate, in Romano Societatis Jesu Collegio plurimae vel in metallis vel in lapidibus vel in lateribus aliisque vasis fictilibus *Inscriptiones* veteres collectae fuerunt, ac temporibus succedentibus pleraeque ex ipsis ab eodem Kirchero, a Boissardio, Grutero, Vignolio, Maffejo, Bonannio, Ficoronio, Galeottio, Lupio, Muratorio, Contucio, Odericio, Lantio, Marinio, Labusio, Secchio, aliisque ab Archaeologis, publica luce donatae. Ast post annum MDCCLXXII non pauca ex hisce monumentis, quae erant inscriptionibus insignita, translata fuerunt; Eminentissimi autem Card. Zeladae munificentia quaedam alia monumenta addita postea, vel edita vel inedita. Inscriptiones igitur, quae in monumentis nunc in Romani Societatis Jesu Collegii Museo, ex ejus primo fundatore *Kircheriani* nomine honestato, adhuc prostantibus comparent, atque annis M.DCCC.XXXIII - XXXIV a me descriptae fuerunt, tibi, Lector Archaeophile, exhibeo, ad plerasque earum subnotatis anterioribus Editoribus quos novi, brevibusque animadversio-

nibus adhuc subjectis, quas non raro ex iisdem Archaeologis excripsi aut desumpsi. Si vero ex hisce inscriptionibus nonnullae hic et illic tantisper variae seu diversae tibi occurrent ab iisdem, quas apud illos doctos viros legis, quaeso, monumenta aliorum examine antea jam elucidata et adhuc *oculis subjecta fidelibus* describenti, potiorem fidem obbligare, ne detrectes. Caeterum tu parvo hoc labore pro bono tuo utere, et, si vacat, in aliorum emolumentum meliora tua adde. Mihi est *quoddam prodesse tenus, si non datur ultra.* Vale in aevum.

INSCRIPTIONES ETHNICAE

SACRAE, HISTORICAE, HONORARIAE, ET FUNEBRES, PRIMVMQVE SACRAE

In Lapidula I

ΘΕΩ · ΕΠΙ-ΚΟΩ
ΒΡΟΝΤΩΝΤΙ · ΑΥΛΟΣ
ΠΕΙΣΩΝ · ΕΥΧΗΝ

Hanc inscriptionem, quam Odericius (1) edidit, sic lego ac verto. Θεῷ ἐπικόῳ (pro ἐπηκόῳ) Βροντῶντι (pro Βροντόντι) Α'υλος Πείσων εὐχὴν (ἔθηκε). *Deo auxiliatori tonanti Aulius Piso votum* (posuit). Gruterus (2) hanc aliam Romanam Inscriptionem offert: IOVI SANCTO BRONTONTI AVR. POPLIVS. Confer et Philippum a Turre (3).

In aerea lamella II

IOVIS
CACV
NVS

Protulerunt in lucem hanc epigraphen Lupi (4), Biondi (5), Labus (6), et Orelli (7). Clarus autem eques Biondi (8) hanc aliam inscriptionem refert . . . OVI CACVNO F. C, scillicet . . . *Iovi Cacuno Fieri Curavit.* Et exinde patet *Jovem*, quem putabant cacuminum montium servatorem, *Cacunum* seu *cacuminalem* vocasse Latinos, uti Α'κραῖον Graecos. Numisma porro Smyrnensium apud Spanhemium hanc epigraphen profert: ΖΕΥΣ ΑΚΡΑΙΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Caveat autem quis, ne eadem aestimet sensu fuisse Jovis epitheta *Summanus* et *Cacunus.* Jovis enim *Summanus*, juxta vocis etimologiam, erat Jovis *summus manes*, uti explicat Marinius (9), juxta vulgarem sensum autem, erat Iovis *Nocte fulgurator*, pro ut discimus a Festo. Caeterum de Jove *Summano*, non item de *Cacuno*,

(1) *Dissert. in aliq. inscriptt.* p. 176.
(2) *Inscriptt.* p. 17.
(3) *Mon. Vet. Ant.* p. 291.
(4) *Epitaph. Severae Martyris* p. 75.
(5) Atti *Ac. Arch. R.* T. I, p. 173, 174.
(6) *De la certitude de la science des antiquités* p. 414.
(7) *Inscriptionum selectarum Collectio.* T. I. 264.
(8) *Op. cit.*
(9) *Fratelli Arv.* p. 56.

loquuntur Vitruvius (1), Ovidius (2), Plinius (3), et S. Augustinus (4).

III *Circa parvum tintinnabulum*

ΑΘΗΝΗ ΤΥΧΗ ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΥΕΣΤΩ

ΑΘΗΝΕ ΤΥΧΟΥC ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΤΩΝ

Hanc inscriptionem, quam pessime edidit Bonannius (5), et exinde Montfaucon (6), circa eamdem ambo ariolantes, legendam, ut protuli, atque sic vertendam, aestimo: *Minerva, Fortuna, Diana, Vulcanus.*

IV *In lapide fracto*

. . . . IVLIVS . . . .
. . ET OPERIS FACIVNDI IBIQVE VACCAM HONORARIAM AD FOCV . . . . .
. . TRASTYLO CONSEDERINT ET SACRIFICIO EPVLATI SVNT SVMPTIS . . .
. . VITTATIS LVCVM DEAE SVBMOTO ASCENDERVNT ET PERITI IVLIVM . .
. . M PROFLAM AGNAM OPIMAM IMMOLARVNT PERFECTOQVE SACRIFICIO .
. . DE CORONIS IN LATIS SIGNISQVE VNCTIS C CATELIVM MODESTINVM EX SAT
. . CVNDA MAG ANNVVM FECERVNT ET CL MODESTINVM FLAM NOMINAV . .
. . CVMBENTES APVT EGNATIVM CAPITONEM MAG EPVLATI SVNT POS EPVL .
. . SVIRA CARCARES ASCENDIT ET SIGNVM QVADRIGIS BIGIS DESVLTORIB . .
. . ESTINI VICTORES PALMIS ET CORONIS ARG. HONORAVIT ADFVERVNT INC .

Maffejus (7), Donatus (8), et Marinius (9) hoc actuum Fratrum Arvalium fragmentum typis tradiderunt. Marinius vero etiam supplevit et in maximo illo suo commentario elucidavit, ipsumque adeat, cui lubet. Quaedam ego tantum delibans, adnotabo primum, quod sacra in *Deae Diae* honorem in luco a Fratribus Arvalibus, statuta die XIX vel XXIX Maii, celebrata, hic enarrantur. Si autem *Egnatius Capito*, qui inibi dicitur Arvalium *Magister*, idem est, ut videtur, ac ille, qui ab Imperatore Commodo juxta an. 183 interfectus est (10), inscriptio fragmenti nostri tempora epochae illi anteriora spectabit. — Indicatur praeterea in ipsa novi annualis Collegii Arvalium Magistri creatio, nempe *Cl. Cateli Modestini*, ex familia scilicet Catelia seu Catellia. Nominatus refertur et *Cl. Modestus* in *Flaminem.* Ex eadem inscriptione patet fuisse Arvalibus

(1) I. 2.
(2) *Fastor.* VI, 731.
(3) H. N. L. II, c. 52.
(4) *De Civ.* L. IV.
(5) *Mus. Kirch.* p. 178 et 191, T. LVIII.
(6) *Antiq. Expliq.* T. III, p. 106. T. LV.
(7) *Mus. Ver.* p. 321.
(8) *Ad Nov. Thes. Supplem.* p. 77, n. 5.
(9) *Fratelli Arv.* P. I. Tab. XXXVI, et p. CLIV, ac p. 490-494.
(10) Lamprid. in *Commod.* n. 4, et Dio.

et *Proflamen*, uti erat et *Promagister*, quem Marinius putat illis in sacris fuisse Ti. Iulium. Caeterum *Deam Diam*, notam tantum ex Fratrum Arvalium monumentis, *Cererem* fuisse, aestimat vel conjicit Marinins (1). — Agit ipse Archaeologorum princeps de *Magistro* et de *Promagistro*, de *Flamine* et *Proflamine* Arvalium (2), de *Luco* Deae Diae (3), de *tetrastylo* sive quatuor columnarum aedificio (4), de *carcaribus* seu carceribus (5), de spiccis *vittatis*, et de *coronis inlatis* (6), de *signis* vel deorum statuis *unctis* (7), de *bigis*, de *quadrigis*, et de *desultoribus* (8) etc. Quae omnia in hoc nostro fragmento indicantur, et de quibus disserere mihi nimis longum esset ac supervacaneum.

In lapide V

FL · SABINVS
I · SVPERIOR
HERCVLI
VOTVM
SOLVIT

In lapide fracto sub anaglyptis Hercule et Diana VI

. *ANTONINI* · AVG · PII · FELICIS · ET · ATILI
. . . . NVMERI · EQSI^G^NEI · ET · 7 · EXERC
. . . . C · CASSI · ROM · MIL · VICT
. . . . II · IDVS · IA . . . .
. . . . SILANO COS

Numeri Equitum Singulariorum et Turmae Exercitato-

Hujus tabulae votivae inscriptio, jam nota ex Lupio (9), ex Muratorio (10), atque ex Marinio (11), ad annum spectat 188, aut 189, uti arguitur ex consule Silano, qui inibi nominatur. — Et in alia inscriptione apud Muratorium (12) occurrit C. CASSIUS. ROMANVS. M. COH. PR. — *Equitis signiferi* (EQSIGNEI) et *Centuriae exercitatoris* (7 · EXERC) munera hic indicata, et in aliis pluribus inscriptionibus obviam veniunt. Ex Vegetio item constat, quod Exercitatores equitum ipsos in *decursionibus* exercebant.

(1) *Op. cit. Proem.* p. XXII, et p. 10.
(2) *Idem* p. XXI, XXII.
(3) *Idem.* p. 7. (4) *Idem* p. 278.
(5) *Idem* p. 280, 281.
(6) *Idem* p. 314, 315.
(7) *Idem* p. 394, 395.
(8) *Idem* p. 190, 191, 283, 284.
(9) *Epitaph. Severae Martyris* p. 132, et *Diss. e Lett. Filolog.* P. II, p. 5.
(10) *N. Thes.* p. 875, n. 1.
(11) *Fratelli Arv.* p. 300, col. 2.
(12) *N. Thes.* p. 804, n. 2.

VII *In parva basi lapidea*

DEO AESCVL
SEP · MARTINVS
ET PLAETORIA
PRO SEPTIMIA
MARTINA
ALVMNA

Emisit hanc epigraphen Muratorius (1). In alia Musei Kircheriani inscriptione, quam inferius (2) dabimus, occurret M · PLAETORIVS . M . L ., atque in alia apud Marinium (3) PLAETORIA RESTITVTA MATER FLAVIAE ATTICILLAE TITI FILIAE.

VIII *In aerea tabella suspendenda*



Protulit hanc tabellam Lupius (4), quatuor signa ibidem incisa negligenter repraesentans, pejus vero in iisdem quatuor elementa indicata existimans. Porro tria Zodiaci signa, quartum nempe seu cancrum, octavum seu scorpionem, et duodecimum seu pisces graphio in ea incisa quisque conspicere valet. Exunde argumentari licet, quod qui tabellam istam collo suspensam ferebat, vel ad Esculapi aram suspenderat, ab Esculapio se per totum annum incolumem servatum iri exorabat.

(1) *N. Thes.* p. 21, n. 2.
(2) Ad n. XXIII.
(3) *Iscriz. Alb.* p. 85.
(4) *Epitaph. Severae M.* p. 142.

In aerea lamina IX
In Sabino agro apud Licentiam, Ursinorum oppidum,
seu prope Tibur effossa

FLORAE
TI · PLAVTIVS · DROSVS
MAG · II
V · S · L · M

Per Fabrettum (1), Bonannium (2), Muratorium (3), Calogerà (4), et Marinium (5) jam haec inscriptio innotuit. *Plautius* inibi inscriptus, praenomen fert *Tiberii* Caesaris et cognomen *Drosi* vel *Drusi* ejus filii, nisi cognomen *Drosi* a *Drausio* derivarit. Tiberii Plautii Drosi pater forsitan fuit ille *P. Plautius Pulcher*, de quo loquitur Tiburtina inscriptio apud Gruterum (6), illum nobis ostendens pluribus dignitatibus a Tiberio cohonestatum et comitem Drusi ejus filii. *Magister secundum* dicitur in nostra tabella Ti. Plautius Drosus, Collegii nempe Arvalium, cujus magisterium annuale erat, uti constat et ex inscriptione superius (7) allata, ac secundo et tertio etiam alicui tradebatur (8). Florae, quam segeti Tiburtinae propitiam aliquo voto exoraverat, quamque Fratres Arvales colebant (9), votum suum persolvit Tiberius Plautius, uti indicat *Florae* adposita lamina aerea. Maffejus (10) nullam extare asserit *Florae numini, quae commentitia non sit, votivam tabulam*. Marinius autem (11) hanc Maffei sententiam exprobrat. Quod tabellam tamen nostram attinet, nonnullam gignere videbitur suspicionem alia similis, quam, uti in Campania adinventam, venditabat Pratillus (12). Ast, quin habeamus ex hisce tabellis falsam alterutram, dicere licebit, Ti. Plautio Droso et in Campania, uti in Sabinis, agros forsan fuisse, ejusdemque voti etiam pro Campanis segetibus eliciendi occasionem facillime obvenisse. Porro alicujus in Campania delitiosi praedii possessio Romanis divitibus communis fuit.

(1) *Inscript.* p. 742, n. 509.
(2) *Mus. K.* p. 61 et 80.
(3) *N. Thes.* p. 2984.
(4) *Opuscoli* T. XXXIX, p. 369.
(5) *Fratelli Arv.* p. 377.
(6) *Inscriptt.* p. 454, n. 1.
(7) N. III.
(8) Marini *Frat. Arv.* p. 670 et 692.
(9) Marini *Op. cit.* p. 370 et 377.
(10) *Art. Crit. lapid.* p. 210.
(11) *Op. cit.* p. 416.
(12) Apud Calogerà *loc. supra cit.*

X *In duobus aereis ponderibus, quorum unum alio majus*

V
TEMPL · OPIS
AVG

II
TEMPL · OPIS
AVG

Luci donarunt binam hanc epigraphen Kircherus (1), Fabrettus (2), Donatus (3), Bonannius (4), Muratorius (5), et Morcellius (6). — In *Opis*, quae et *Terra* et *Rhea* et *Cybeles* erat, *templo*, ubi etiam aerarium aliquando fuit (7), pondera fuisse ad commercium sine fraude habendum, inscriptio ex duobus ponderibus desumpta satis declarat. Haec pondera vero, ait Morcellius, in Opis ne templo quod in Capitolio erat an in Vici Jugarii aede, an alibi usquam fuerint, incertum est. Nam ne illud quidem scimus, quo ex Opis templo pecuniam Caesaris Antonius (8) sustulerit. Et auget difficultatem appellatio *Opis Augustae*, quae Templi conditorem Augustum significare videtur. — Utrique illi aereo ponderi litterae sunt argenteae insertae. Numeri vero V et II *quinque* et *duas libras* indicant. Adnotavit autem Donatus, pondus unum *quinque librarum* esse, quae tamen sacoma nostrum unciis duabus excedant, ut alterum quum librarum duarum notam habeat uncia fere binas nostri ponderis libras excedat. Ast Fabrettus ex suo examine asserit minus pondus esse librarum duarum, unciae unius, et drachmarum trium sive scrupolorum novem; majus esse librarum quinque, unciarum duarum, et semis. Alius demum nescio quis, ut compertum fit ex chartula horum ponderum minori supposita, ipsum libris nostris duabus, unciae uni, *denariis* decem, *granis* seu *scrupulis* duobus respondere definiebat.

XI *In saxo*

BON · DEAE
LVCIFERAE
ANTISTIA VETERIS LIB · EVR
D · D

Inscriptionem hanc jam protulerat Muratorius (9). Lucina, seu Diana aut Luna, hic *Lucifera* nominatur, ipsaque *Bona Dea* dicitur, uti et Venus in inscriptione apud Reinesium (10).

(1) *Rom. Soc. Jesu Coll. Mus.* p. 23. Amstelod. 1678, in 4.
(2) *Inscript.* p. 524.
(3) *De urbe Roma* L. II, c. 10.
(4) *Mus. Kirch.* Tab. LVI, et p. 173.
(5) *N. Thes.* p. 2101, n. 8 et 16.
(6) *De Stylo* p. 194. Cf. et p. 150, c. 1.
(7) Cicer. *Philipp.* II, c. 37, n. 93.
(8) Cicer. *loc. cit.*
(9) *N. Thes.* p. 34, n. 2.
(10) *Cl.* I, n. 2.

Antistia Eur. Antistii *Veteris liberta*, exunde Antistiae praenomen illi derivavit, tabulam hanc votivam *DeDicavit.*

C. Antistium A. U. C. 174, Veterem. Consulem et L. (vel C.) Antistium Veterem A. U. C. 780 Consulem suffectum, novimus ex Consularibus fastis, atque ex inscriptionibus apud Gruterum (1), Muratorium (2), et Sanclementium (3). Unde et tabulae nostrae epocha subindicatur.

In aerea lamella XII
sex forsitan digitis oblonga et uno lata,
atque in una extremitate perforata,
litteris Ethruscis.

ƧIЯVM · ƧƎИϽVAƧ

Hac Ethrusca inscriptione (SAVCNES . SVRIS), quam Lanzius (4) jam edidit, et illustravit, quidam deus tutor sive averruncator *terminalis*, ut idem Lanzius coniiciebat, invocabatur. Ex voce enim graeca *ὅρος* (terminus), quasi ex *ἅλς sal* Latini, Ethruscos *Suris* derivasse autumat doctus vir. Ita et Vermiliolius, clarus Lanzii discipulus, in alia celebri inscriptione Ethrusca THVRAS quasi *τό ὅρος* habebat (5). Vocem aliam *Saucnes* Oedippus interpretabitur.

In basi lapidea XIII
SIGNVM
SILVANI
SANCTISSIMI
CVM · BASI
POSVIT · C
FLAMINIVS
TELESPHOR

Signum vel statuam *Silvani* super *basim* olim a *C. Flaminio Telesphoro positam* innuit inscriptio, quam jam ediderant Vignolius (6), Bonannius (7), et Muratorius (8). In hujus autem illustrationem verba non fundam.

(1) *Inscriptt.* p. 192, n. 9.
(2) *N. Thes.* p. 297, n. 5.
(3) *De Aer. Vulg. emend.* p. 146.
(4) *Sagg. di Ling. Etr.* T. 2, p. 490.
(5) *Iscriz. Per.* T. 1, p. 93, ed. 1833.
(6) *De Columna Anton.* p. 179.
(7) *Mus. Kir.* p. 63.
(8) *N. Thes.* p. 70, n. 7.

XIV *In saxo*

DEO SILVANO
D D
A · AEMILIVS
FELIX

Prodiit jam haec inscriptio per Maffeium (1), et per Zaccariam (2).

XV *In saxo*

FORTVNAE
SALVTARI
C · VAL · TERTIVS
FISCI · CVRATO · P · V

Perfectissimus Vir

Fisci Curator posuit votum, legerem in ultima linea. *Fisci* autem *Curatoris* munus militare fuisse, sive militibus traditum fungendum, indicant plures inscriptiones apud Gruterum (3), Gudium (4), Fabrettum (5), Gorium (6), et Marinium (7).

In ara lapidea extra portam Pincianam effossa

XVI STATAE MATRI
AVG · SACRVM
MAG · REG · VII
VICO · MINERVI
ANNI L
APARRENNIVS · APPIANVS
L · CORNELIVS · EVTYCHVS
SEX · PLOTTIVS · QVARTIO
C · VIBIVS · PHYLADIS
DEDICATA · EST
XVII · K · SEP
LVSTRATIONE

Jam noverant Archaelogi hanc inscriptionem ex Ficoronio (8), ex Galeottio (9), ex Muratorio (10), et ex Orellio (11). *Stata mater Augusta*, cui ara *dedicata est*, quaeque et ex aliis inscriptionibus (12)

(1) *Mus. Ver.* p. 319, n. 1.
(2) *Institut. Antiq. Lapid.* p. 187.
(3) *Inscriptt.* p. 365, n. 6; p. 431, n. 9, et p. 1109, n. 10.
(4) P. 205.
(5) C. IX, p. 248.
(6) *Inscr. Ethr.* T. 1, p. 132.
(7) *Fratelli Arv.* p. 477 et 550.
(8) *La bolla d'oro* p. 51.
(9) *Ficoronii Gemmae* p. 130.
(10) *N. Thes.* p. 33, n. 2.
(11) T. 1, p. 284.
(12) Muratori p. 33, n. 1, p. 59, n. 8, Gori *Inscr. Eth.* T. 3, p. 108 et 111, *Anecdot. Litter.* T. 1, p. 459, n. 3. et Marini *Frat. Arv.* p. 614, nota 62, a.

innotescit, eadem est ac Vesta, uti ex ritu, quo colebatur, conjicit Muratorius (1). Festus enim ait: « Statae matris simulacrum in foro colebatur; postquam id *Coelius stravit*, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus illi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicos retulerunt ejus Deae cultum ». Alia argumenta in hanc sententiam confert Marinius (2). *Statam* autem cultam a *Magistris* cujusdam vici Urbis ferè semper legimus in inscriptionibus superius indicatis. In hac nostra *Magistri* sunt quatuor *Vici* urbis *quinquagesimi*, *Minerviani* nempe, *Regionis Septimae*. Ut autem de hujusmodi magistris aliquid innuam, adnotabo primum vicorum magistros in Urbe ante Augustum ipsum fuisse, uti ostendit Morcellius (3); Augustum vero, regionibus et vicis Urbis descriptis, illas annuis magistratibus, praetoribus nempe, aedilibus, tribunis plebis, hos vero magistris (*Borgo mastri*) qui a majoribus instituti fuerant, adsignasse, ut suam quisque partem tuerentur. — Hadriani aetate singulis vicis magistros praefuisse quaternos Gruteriana amplissima inscriptio (4) demonstrat: exunde illis temporibus forsitan erit accensenda et inscriptio nostra, in qua Minerviani vici quatuor magistri nominantur.

Lustratio in fine inscriptionis indicata, non est segetum lustratio, quae extra Urbem et mense majo fiebat, sicuti ostendit Marinius (5), sed *lustrum mittere*, juxta eumdem archaeologum (6), vel *facere* et *condere*, hoc est in fine census sacrificium lustrationis peragere, populumque lustratum dimittere. Lustrum enim erat lustratio aut expiatio publica populi, quae censu peracto suove taurilibus fiebat ab altero Censorum, ipso victimas feriente praetexta induto et coronato. Quia vero censura et lustrum quinto quoque anno fieri solebat, saepe *lustrum* quinquenne spatium significat, ut Festus docet. Aliud vero erat *Lustrum Capitolinum*, a solemni certamine, quod in honorem Jovis Capitolini desinente quarto quoque anno fiebat, ita dictum: lustrumque Capitolinum exinde annorum quatuor erat, ut Graecorum Olympiades; quod probat Morcellius (7).

Liceat mihi huic de *Minerviani Vici* Romani magistris commentario, inscriptionem hanc aliam, quae ex municipii Brixiani *Vico*

(1) *N. Thes.* 33 ad n. 1.
(2) *Op. cit.* p. 379. (3) *De Stylo* p. 41.
(4) Gruter. p. 249-251.
(5) *Fratelli Arv.* p. 137.
(6) *Op. cit.* p. 684.
(7) *De Stylo* p. 79 et 87.

seu pago *Minerviani* sive *Minervae* nomine olim distincto, nunc *Manerbio* dicto, in Brixianum museum translata est, addere:

SEX · DONNIO
ANTONIO
VICANI
VICI · MINER

XVII *In lapide ad S. Stephanum (Rotondum) in Coelio invento*

GENIO · SANCTO
CASTRORVM
PEREGRINORVM
AVR · ALEXANDER
*c*ANALICLARIVS
QVOD · PEREGRE
CONSTITVTVS · VOVIT
AEDIL · CASTRORVM
VOTVM · LIBENS · SOLVIT

Plures ex archaeologis, Vignolius nempe (1), Bonannius (2), Lupius (3), Muratorius (4), Venutius (5), Marinius (6), hanc inscriptionem ediderunt et commentario illustrarunt. Ex eorum doctrinis pauca quaedam nos mutuantes adnotabimus, quod plurimi, qui sub Romano imperio militabant, *Peregrini* dicebantur. Horum autem, cum Romam veniebant, habitationi, castra ea statuta erant, quae in *Notitiis* Romae, in Ammiano, et in epigraphe nostra, *Castra Peregrina* vel *Peregrinorum* dicebantur, erantque ad montem Coelium prope aedem *S. Mariae in Domnica*, vulgo *della Navicella*, prope quem locum adinventus est lapis iste. — Protectioni et tutelae ipsorum Castrorum genium invigilare quoddam putabant, illique et cippum hunc votivum et statuam, quae super ipsum probabiliter collocata fuit, dedicavit *Aurelius Alexander Canaliclarius*, *aedilis* eorumdem *castrorum* factus, *votum solvens*, *quod voverat peregre constitutus*. Aedilis Castrorum munus erat aedium militum peregrinorum, sive eorum Castrorum curam gerere. *Aedilis* enim vocabatur magistratus, cui aedium sacrarum aut privatarum cura erat imposita, uti ait Varo (7).

(1) *De Columm. Antonin.* p. 183.
(2) *Mus. Kirch.* p. 77, 78.
(3) *Diss. et Lett. filol. Ant.* P. II, p. 9.
(4) *N. Thes.* p. 77, n. 3.
(5) *Antich. di Roma* T. I, p. 139, 140.
(6) *Fratelli Arv.* T. II, p. 45, 434, 472, 476, n. 25, 38, 39.
(7) *De Ling. Lat.* L. IV.

Pro voce . . *ahaliclarius*, quam ex saxo descripsi, Muratorius *Analectarius* forsitan substituendum putat. Ast Orellius, quem sequutus sum, animadversa inscriptione Graeca Londini asservata, in qua ΑΥΡ · ΔΟΜΝΕΙΝΟΥ ΚΑΝΑΛΙΚΛΑΡΙΟΥ, legendum aestimat CANALICLARIVS.

In Saxo XVIII

CARPVS · AVG · LIB
PALLANTIANVS
SANCTIS
DRACONIBVS
D · D

Hujus *Carpi liberti* mentio est etiam in alia inscriptione apud Gruterum (1). — Lanuvii in oppido Latiali Dracones cultos fuisse, auctor est Propertius (2). Aelianus etiam (3), Lavinii (leg. *Lanuvii*), draconum peculiarem fuisse divinationem tradit. Non eumdem autem hunc *Carpum Pallantianum* fuisse virum cum *Pallante* celebri Tiberii Claudii liberto censeo. — Muratorius (4) nostram inscriptionem suo *Thesauro* inseruerat, uti et plerasque alias Kircherianas, quas vel ex Bonannii *Museo Kircheriano* desumpserat, vel ex P. Contucii liberalitate excriptas habuerat.

In lapidula XIX

SINDIIS · ATIAIIS
MVNVS · D
SYNESTOR · GILATOR

Hanc inscriptionem, quam Bonannius (5) illustrare conatus est, et Muratorius ex ipso edidit (6), ita legendam et explicandam censerem: *Sindiis*, sive diis omnibus, *Atiaes* (positis lineis II pro E, uti in inscriptionibus ad N. CV et CXV) *Munus Dat Synhistor Orcilator* vel *Pocilator*, seu servus cujus hujusmodi erat officium ad mensam mulieris, vel familiae, *Atiaes*. Alii servi, *Synhistoris* nomine, et in aliis inscriptionibus occurrunt. Muratorius enim inscriptionem exhibet, in qua *Synhistor Sabidiae Caj Filiae dispensator*; et Marinius aliam profert (7), in qua *P. Statilius Tauri libertus Synistor supra cubiclum.*

(1) *N. Thes.* p. 622, n. 3.
(2) L. IV. *Eleg.* VIII.
(3) L. XI, c. 16. (4) *N. Thes.* p. 106, n. 4.
(5) *Mus. Kirch.* p. 66.
(6) *N. Thes.* p. 110, n. 10.
(7) *Fratelli Arv.* p. 43.

XX

In lapidea ara

P · AELIVS · HILARVS

DEDIC · K · IVN
IMP · AELIO · HADRIANO
ANTONINO · AVG · PIO · II
C · BRITTIO · PRAESENTE · II
COS

Morcellius (1) hacc scribit: « Volumen magna ex parte cxplicatum videre licct insculptum vetcri basi sive tabulae donario nescio cui a P. Aclio Hilaro subjectae, quae ctiam nunc in Museo Kircheriano est: in ipso autem voluminc legas, DEDIC . K . IVN . IMP . T . AELIO . HADRIANO . ANTONINO . AVG . PIO . II · C . BRITTIO . PRAESENTE . II . COS. Quasi hoc indicarc Hilarus voluerit, carmen, quo donarii dedicatio peracta sit, de scripto dictum csse: nam et in Fratrum Arvalium actis, quac Marinius cdidit, discrte legimus: IBI . SACERDOTES . CLVSI . SVCCINTI . LIBELLJS . ACCEPTIS . CARMEN DESCINDENTES . TRIPODAVERVNT . IN VERBA . HAEC . . . Cacterum tituli hujusmodi, non tam ad monumenti inscriptionem, quam ad ejus anaglypta, pertincnt ».

Annum, per consules lapidi inscriptos, CXXXIX inibi indicatum animadvertamus post Muratorium (2), ac Marinium (3). — Etiam Blanchinius (4) istam inscriptionem protulit.

XXI

In lapidula

C · COSSVTIVS · C · L · CRISPVS
ROGATOR · IDEM · COGNIT
MAG · QVINQ · ANNAL · \ OR

Habebamus jam a Muratorio (5), et a Marinio (6), hanc epigraphen. *C. Cossutius rogator* ct *cognitor* inibi dicitur. Muratorius autem adnotabat *Rogatores* fuisse viros, qui in Comitiis suffragia populi veluti rogantes colligebant; *Cognitores* vcro, qui patrocinium

(1) *De Stylo* p. 476.
(2) *N. Thes.* p. 326. n. 1, et 327, n. 1.
(3) *Frat. Arv.* p. 348 et 697.
(4) *Dem. Hist. Ec. Quadr.* P. II, p. 134.
(5) *N. Thes.* p. 695.
(6) *Iscriz. Alb.* p. 24.

causae alicujus suscipiebant, a Procuratoribus tamen diversos ». *Magister* item *quinquennalis* nominatur in inscriptione, *vici* scillicet alicujus. Alius *Rogator Magister quinquennalis* occurrit in alia inscriptione apud Marinium (1), qui etiam optime animadvertit (2) quomodo OR post ANNAL occurrens in saxo Kircheriano, interposito signo *L* sit conjungendum τῷ COGNIT lineae superioris et legendum COGNITOR; defectuque spatii in lapide id peregisse lapicidinam.

XXII

In cistae mysticae Bachicae
Inter oppida Lugnianum et Praenestem adinventae operculo

NOEVIOS · PLAVTIOS · MED · ROMAE · FECID
DINDIA · MACOLNIA · FILEA · DEDIT

Plurimi archaeologi hanc inscriptionem exhibuerunt, simulque cum cysta illam ferente illustrarunt, Ficoroni nempe (3), Galeotti (4), Passeri (5), Gebelin (6), Maffei (7), Muratori (8), Anonymus (9), Amaduzzi (10), Winkelman (11), Visconti (12), Peter (13), Kopp (14), Orelli (15), et plenius omnibus Labusius (16). Cum vero inscriptionis stylus similis sit stylo inscriptionis prostantis in columna rostrali C. Duilii qui consul fuit A. U. C. 494, vel epitaphi L. Cornelii Scipionis Barbati qui fuit consul A. U. C. 451, vel *Senatus Consulti de Bachanalium* prohibitione, qui annum spectat U. C. 568; cum etiam literarum forma sit rudis ac perantiqua; demumque cum cista ad festa bachanalia, quae dicto anno U. C. 568 prohibita sunt, spectare censeatur, jam et inscriptionis aetatem duobus saltem saeculis Christi Domini adventum praecedere concluditur. Caeterum *Noevius Plautius* cistae artifex *Gn. Noevium* poetam, qui A. U.C. 547 mortuus est, in memoriam revocat. *C. Magulnius* occurit in alia inscriptione Praenestina apud Muratorium (17).

(1) *Op. cit.* p. 140.
(2) *Idem* p. 124.
(3) *Del primo e secondo Labico* p. 73.
(4) *Ficoronii Gemmae* p. 135.
(5) Calogerà *Opuscoli* T. XXII, p. 427.
(6) *Mond. Primitif.*, *Orig. du lang.* p. 498. *Planche* XXI.
(7) *Osserv. litt.* T. VI, p. 96; et *Mus. Ver.* p. 470.
(8) *N. Thes. Inscr.* p. 132 et 2045, n. 9.
(9) *Mus. Kirch. aerea* p. XI.
(10) *Nov. Lett. di Fir.* a. 1765. p. 429.
(11) *St. dell'Arte* L. VIII, c. IV, n. 8.
(12) *Mus. Pio Clement.* T. I, p. 245.
(13) *Memorie sulle Antichità e Belle Arti* Mag. 1817.
(14) *Palaeogr. Crit.* T. III, p. 465.
(15) T. I, p. 436.
(16) Not. in Morcelli *Diss. sull'apoteosi degl'Imp. Rom.* in *Mem. di Relig.* T. VIII, p. 452-455. Modena 1825.
(17) *N. Thes.* p. 132, n. 1.

XXIII

In tabella aenea

M · PLAETORIVS · M · L · EROS
M · ANICIVS · M · L · PRIMVS
MAGISTRI · FANO · CONTERMINI
DONO · LYCHNVCVM · DANT

Haec tabella praetiosa admodum est, cum ex ea *Magistri* (pagi aut vici cujusdam) *fano* (dii alicujus) *contermini*, aliunde ignoti, nobis innotescant. Marinius hanc ipsam tabellam, quae erat apud Card. Zelada, sive ejus inscriptionem, edidit (1). — De magistris autem pagi post alios disseruit Cl. Dr. Labusius (2). Ast quoad ipsos non pigebit archaeologum, sequentem Brixiani municipii inscriptionem praestantissimam, Museum Brixianum exornantem, ex lapide ipso ab agri Brixiani vico *Podergnaga* in illum translato excriptam hic legere:

IOVI
M · POMPONIVS · M · F · PRIMIO
ET · C · POMPONIVS · M · F
ARAS · SEPTE *sic* POSVERVNT
PAGANICO · * PAGI · FARRATIC — * scillicet *Iovi Paganico.*
EX · SCITV · PAGI · PAGANORVM
FARRATICANORVM · ET · PERMIS
OB · TER · * MAGISTERIVM · PAGI — * scillicet *Ob tertium magisterium.*
ET · VOCATIONEM · IN · PERPETVVM
SIBI ET FILIO ·
FINIBVS · CREMONENSIVM
D · P · S

XXIV

In alia tabella aenea

T IVLIVS II
TR COH
VIIII PR

Maffejus (3), et Donatus (4) ediderunt inscriptionem hanc, quam votivam suspicor.

(1) *Fratelli Arv.* p. 304.
(2) *Diss. intorno al marmo di C. Giulio Ingenuo* p. 51.
(3) *Mus. Ver.* p. 321, n. 3.
(4) *Supplem. ad N. Thes.* p. 281, n. 8.

In aerea tabella XXV

IVLIAE AV
G DOMINAE
MATRI CAS
T IMMVNIS

Julia Augusta Domina, matris castrorum titulo honestata, est Julia, Septimio Severo A. Chr. 175 matrimonio juncta. Ipsius auctoritate servus ejus aliquis, qui hac tabella donatus erat, *immunis* declarabatur a suo officio. Immunis enim, uti ait Festus, ille est qui est *sine munere*, quique vel aetate vel privilegio liber est, nec munere fungi tenetur. Nemo quod noverim hanc inscriptionem adhuc edidit.

In aerea tabella XXVI

CALPVRNIAE
PRAETEXTAT
V̄ • V̄
MAXIMAE
IMMVNIS

In aerea tabella XXVII

SOSSIAE
MAXIMAE
V̄ V̄
IMMVNIS

Calpurnia Praetextata et *Sossia*, in *Virginum Vestalium* Collegio *Maximae*, sive aetate et auctoritate praestantes, dicuntur. *Maximae* titulo insignitae etiam tot aliae in inscriptionibus Virgines Vestales occurrunt apud Gruterum (1), ac Muratorium (2). Ast non ita communes sunt aereae tabellae, per quas, uti per has nostras, cuidam ipsas ferenti, data sit, a Virgine vestali *Maxima*, a suo officio immunitas. Ex duabus hisce secunda inedita est: prima erat jam edita a Muratorio (3).

(1) *Thes. Inscr.* p. 309, n. 6, 7, 8; p. 310, n. 1—6; p. 311, n, 1—6; et p. 312, n. 1—3.

(2) *Nov. Thes. Inscr.* p. 172, n. 2, 3; p. 368, n. 2; p. 370, n. 4.

(3) *Nov. Thes. Inscr.* p. 173, n. 2.

Praeter istas vero alia indicatur apud Donatum (1) et Marinium (2), in qua legebatur:

FLAVIAE
PVBLICIAE
V̄ ● V̄
MAXIMAE
IMMVNIS
INIVCO

Flavia autem *Publicia* hic nominata tertio saeculo vivebat, uti constat ex duabus Inscriptionibus apud Gruterum (3).

XXVIII *In tabellae aereae fragmento*

. . . . T
. . . . ID
. . . . *L*
. . . ., VAP
. . . . /EVIT
. . . . COD
. . . . *L*EIBER

Ex postrema voce LEIBER seu *Liber*, tesserae cujusdam immunitatis vel tutelae, aut tabellae averruncatoriae, fragmentum hoc esse, licebit ne argumentari?

(1) *Suppl. ad N. Thes.* p. 82, n. 6.
(2) *Frat. Arv.* p. 418.
(3) *Thes. Inscr.* p. 311, n. 1, 2.

INSCRIPTIONES ETHNICAE

HISTORICAE

PRIMVMQVE IMPERATORIAE

In vasis aenei quod congius Vespasiani dicitur, manubrio seu collo XXIX

IMP · CAESARE
VESPAS · VI *cos*
T · CAES · AVG · F · IIII
MENSVRAE
EXACTAE · IN
CAPITOLIO
P · X

Liquidi ordinis causa liceat mihi ejusdem Vespasianei congii quinque exempla eadem inscriptione insignita distinguere, Herculanense nempe, Farnesianum, Card. Caesii Colotianum, Kircherianum, et Panormitanum.

1.° Martorellius (1), et ex ipso Donatus (2), et Morcellius (3) congium Vespasiani in Herculani effossionibus adinventum innuunt, inscriptionemque quasi ex ipso desumptam proferunt.

2.° Paetus (4), Villalpandus (5), et Fabrettus (6) Vespasiani congium, a Card. Farnesio Romae servatum, indicant, ejusque formam et inscriptionem exhibent.

3.° Gruterus (7), praeter congium Vespasiani Farnesianum, innuit et alium ab A. Colotio dimensum et a Card. Caesio custoditum, ejusque inscriptionem indicat, et animadvertit litteras ipsi insitas fuisse argenteasque: quod de congio Herculanensi silent Martorellius, Donatus, et Morcellius, et de Farnesiano item Paetus, Villalpandus et Fabrettus. Quin imo ex Villalpando videretur in Farnesiano,

(1) *De Theca cal.* p. 378.
(2) *Suppl.* p. 212, n. 5.
(3) *De Stylo* p. 192.
(4) *De Romanor. Graecorumque mensuris* in Graevii *Thes.* T. XI, p. 1633.
(5) *In Ezech.* T. III, L. III, c. 25.
(6) *Inscriptt.* p. 52.
(7) *Inscriptt.* p. 223.

uti et in Kircheriano, de quo postea, litteras non argenteas fuisse, nec insitas, sed incisas.

4.° Quartum congii Vespasianei exemplum est illud, quod habetur in Kircheriano Museo, a Villalpandi, qui ipsum indicat (1), temporibus. Hujus formam, inscriptionemve, descripserunt Kircherus (2), et Bonannius (3).

5.° Demum quintum ejusdem congii exemplum extat sive extabat in Panormitano Societatis Jesu collegio. Ejusdem inscriptionem protulit Castellius (4) et ex Castellio Donatus (5).

Omnibus hisce quinque Vespasianei congii exemplis recensitis, nunc de eorum veritate seu *genuinitate* dicendum est.

Herculani igitur Vespasiani congium effossum unquam fuisse, quamvis id asseruerit Martorellius, denegandum est. Si quidem de ipso ne hilum quidem dicitur in *Catalogo dei monumenti di Ercolano*. Quinimo Cl. Can. De Jorio (6) duplex quidem congii exemplar in Museo Borbonico servari testatur; sed utrumque recentiori aevo confictum. Quod ipsum putasse videtur Cl. Archidiac. Cagnassi, cum, de Vespasianeo congio loquens (7), ad Farnesianum ipsius exemplar, quod Romae custoditum aestimabat, apellet.

Quoad vero Farnesianum hoc exemplar, an Romae nunc extet, frustra diligenter quaesivi. Quod tamen fuerit aliquando, indubium est. Non ita vero certum est, an authenticum fuerit. Gruterus enim (8) animadvertit, quod « alii dubitant, num sit genuinus congiarius antiquus, putantque suppositium esse ». Et re quidem vera aliquod dubium ingerit in ipso litteras non fuisse argenteas insitasque, ut in Colotiano, sed incisas; quod dicebamus. Caeterum congius Farnesianus non erit ne unus ex iis duobus spuriis, qui nunc in Museo Neapolitano Borbonico prostant, e Roma cum aliis Farnesianis monumentis illuc translatus?

De Colotiano exemplo nil aliud adnotabo, nisi quod ubinam sit ignoro. Lauretum translatum fuisse dicebat Gruterus.

(1) *Loc. cit.*
(2) *Rom. Soc. Jesu Coll. Mus.* p. 22. Amstelodami 1678 in 4.
(3) *Mus. Kirch.* p. 174.
(4) *Inscr. Panorm.* p. 5, n. XI; et *Inscr. Siculae* p. 25.
(5) *Loc. cit.* n. 2.
(6) *Indicazione del più rimarcabile in Napoli e suoi contorni* p. 96. Napoli 1835 in 8.
(7) *Sui valori delle misure e dei pesi degli antichi romani* p. 102, 106, 108, 109. Napoli 1825.
(8) *Loc. cit.*

Kircheriani congiarii authenticitas, quae tantisper suspecta erat et Villalpando, omnimo deneganda est. Vas porro istud absque dubio esse ad similis vasis formam recenter effictum ostendunt litterarum incisarum forma, et color seu vernix aut artificiosa oxidatio, atque primitivus vasis status, sive ejus conservatio nimia.

Panormitanum demum congiarium ad Kircheriani formam fuisse recenter confictum constat: proinde neutrum alicujus erit auctoritatis.

Disputationem antequam concludam, inscriptionem supra descriptam, quia ipsa ex genuino congio desumpta videtur, genuinam esse, eamque annum Christi Domini LXXIX indicare, dicam. Superaddam vero, quod attinet, ad vini decem librarum pondus, siglis P · X in vase signatis indicatum, illa quae habet Creverius (1). « Hoc sensu dicebatur, inquit Creverius, congius esse decem vini pondo, quod ejusmodi pondus vini caperet, quod par esset ponderi decem librarum olei mensoriarum. Libra olei mensoria est unciarum pondo decem. Decem igitur librae mensoriae, sive centum et viginti unciae mensoriae olei aequant centum uncias pondo: quod ipsum est vini congio contenti pondus ».

In latere circum effigiem agni XXX

EX · PR · CAES · FLAVIVS PP IMMITIBVS

Sic interpretandam censerem hanc figulinam inscriptionem: *Ex Praediis Caesareis Flavius Pater Patriae Immitibus* clementiam per agni typum edocet. Suam item clementiam ostendit Titus per favum mellis, quod visitur ad pedes statuae ejus, anno 1828 Romae effossae, et nunc in Museo Capitolino prostantis.

In duobus aereis aquarum receptaculis (vulgo bottini) XXXI

IMP · HADRIANI · AVGVSTI · P · P

In latere XXXII

DP ▲ S\B ▲ ORTA
IMP ▲ CÆ ▲ NE · T · AVG
GER · DACQ · C
. . ▲ LAB · BARS

Hanc epigraphen, quam ex alio latere imperfectam jam dedit Fabrettus (2), sic interpretandam puto: *De Praedio Sub-Ortano Im-*

(1) *Disputatio de ponderibus, pecunia, et mensuris a Livio identidem memoratis*, inserta Titi Livii operibus edit. Taurin. T. XIV, p. 159.

(2) *Inscr.* c. VII, n. 341.

peratoris Caesaris Nervae Trajani Germanici Dacicique Cajus (*Lucius* vel *Julius*) *Laberius Barsamio* fecit aut finxit.

XXXIII *In fistula plumbea ad aquae ductum,*
ex fundamentis templi S. Apollinaris eruta

IMP · ANTONINI AVG PII STATIONIS
PATRIMONI SVB CVRA DIOSCORI

Jam protulerunt hanc inscriptionem Ficoronius (1), Galeottius (2), et Muratorius (3). Muratorius vero haec in ipsam adnotabat: « Ad formas aquaeductuum construendas multos pro sua virili aut sponte concurrisse mihi persuadeo. Ad eam aquaeductus portionem fabricandam suo quoque aere adstitisse videtur *Statio patrimonii* (Augustorum) hoc est officiales rei privatae sive patrimonio principis praefecti, qui in publica aliqua *Statione* sive officina suo munere fungebantur ».

XXXIV *In alia fistula plumbea*

STATIONIS PATRIMONI AVGG · NN

Lupius (4) et Muratorius (5) hanc epigraphen, cum superiori conferendam, ediderunt. Zacharias vero (6) ex aliis fistulis plumbeis sequentes duas epigraphas protulit:

IMP · NERVAE CAES · AVG
STATIONIS PATRIMONI AVG · N

IMP · ANTONINI · AVG · P · SVB · CVR
PROC · STAT · PATR

XXXV *In latere*

OP · DOL · EX · PR · M · AVRELI ANTO
NINI · AVG · N · PORT · LIC

Facilis se se offert huius epigraphes, quae jam ex Fabrettio (7) et Muratorio (8) nota est, haec interpretatio: *Opus Doliare, ex Proediis M. Aureli Antonini Augusti Nostri, Portii Licinii,* scilicet figuli. Boldettius (9) exhibet ex alio latere hanc epigraphen.

OPVS DOLIARF FIG FVL
VIANI POR LICINI

(1) *Singolarità di Roma moderna* p. 33.
(2) *Ficoronii Gemmae* p. 129.
(3) *Nov. Thes. Inscr.* p. 453.
(4) *Epitaph. Sev.* p. 44.
(5) *Nov. Thes. Inscr.* p. 480.
(6) *Hist. Lett. d' Ital.* T. VII, p. 610.
(7) *Inscript.* c. VII, n. 297.
(8) *Nov. Thes. Inscr.* p. 500, n. 9.
(9) *Osserv. sui Cem.* p. 533.

Muratorius (1) hanc aliam superaddit et ipsam ex quodam laterculo.

OP · DOLIARE EX FIG
FVLVIANI, POR LICINI

In alio latere XXXVI

OP · DOLI · IMP · M · AVR · ANTONINI AVG
EX · FIGVL · PVBLILIANIS

Ex latere XXXVII

OP · DOLIARE · EX · PRAED · FAVSTINAE

Fabrettus (2) hanc aliam ex lateribus inscriptionem exhibet: OP . DOLIARE . EX . PRAED . FAVSTINAE AVG . N . EX FIGL . FAVN . IVL . PRIS. Confer etiam Spretum (3), et Lupium (4).

In antica seu superiori facie aenei operculi XXXVIII

sic) HVRNAE SACR PIVS PATER

In postica sive inferiori facie ejusdem operculi, circumque imaginem Pertinacis

DIVVS PATER PERT S C

In fistula plumbea XXXIX

EX · INDVLGENTIA D · N · SEVERI
ANTONINI · ET · GETE *(sic* AVGG · L · F

In tubo plumbeo XL

Ad castra praetoria forsitan adinvento

IMP · CAES · M · OPELLI · SEVERI · MACRINI · AVG
M · OPELLI · SEVERI · DIADVMENIANI · CAES · PRINC · IVVENTVTIS

Muratorius (5), Maffejus (6), et Gorius (7) hanc inscriptionem ediderunt. Ast Ficoronius (8) ait, in clivo Viminali ad vineam Tyrocinii Societatis Jesu, ubi Castrorum Praetorianorum vestigia maxima manent, adinventum per quam longum aquaeductum plumbeum cum sequenti inscriptione, quae eadem est ac nostra in primis duabus lineis.

IMP · CAES · M · OPELLI · SEVERI · MACRINI · AVG
M · OPELLI · SEVERI · DIADVMENIANI · CAES · PRIN · IV
CASTRIS PRAETORIIS
TERENTIVS CASSANDER FECIT

(1) *N. T. Inscr.* p. 499, n. 21.
(2) Cap. VII, n. 217.
(3) *De Orig. et amplitud. Urbis Ravennae* T. II, P. II, p. 236. Raven. 1796.
(4) *Epitaph. Severae Martyr.* p. 47.
(5) *Nov. Thes. Inscr.* p. 2010, n. 5.
(6) *Mus. Ver.* p. 101.
(7) *Inscr. Etr.* T. III, p. 280, n. 1.
(8) *Vestigia e rarità di Roma antica* p. 124, 125.

XLI *In tubo plumbeo*

M · OPELLI DIADVMENIANI · CR

Lupius (1) et Muratorius (2) inscriptiunculam hanc protulerunt. Si autem loco CR, quod dubitans legi in tubo, inibi detrito, C · P legeretur, per *Clari Pueri* interpretandae essent duae istae litterae. *Puer* porro erat *Diadumenianus.* Confer Marinium (3).

XLII *Ex latere*

OP · DOL · EX · PRED
DOMINI N̄ AVG

Fabrettus (4) jam antea hanc ex simili laterculo epigraphen protulerat.

XLIII *Ex latere*

OP · DOL · EX · PR · AVG · N · FIGLI · NOV

Fabrettus (5) hanc nostram inscriptionem ex alio laterculo complere videtur et explicare sic: OP . DOL . EX . PR . AVG . FIGL . NOVA . SABINIA INGENVA. Confer et Torremussa (6).

XLIV *Ex latere*

OP · DOL · EX · PR · DOM · AVGVSTI · · N
sic) FOR · DOMITIANARV · FIG

Sic legerem: *Opus doliare, ex praedis Domini Augusti Nostri, Fortunati, Domitianarum figlinarum.*

XLV *Ex latere*

FL · CORINTHI · EX · PRÆD · D · N · IMP

Ex Fabretto (7) jam constabat haec epigraphe.

XLVI *Ex latere*

OP · DOL · EX · PR · AVG · N · FIG · DOM · M
AEMILIAE ROMANAE

Domitiana major legendum erit in fine lineae primae. Confer Spretum (8).

XLVII *Ex latere*

DOL · EX · PRAED · CÆS · N · AB · APRILE
AQVILIÆ SOSOMEN

(1) *Epitaph. Sev.* p. 43, 44.
(2) *Nov. Thes. Inscr.* p. 480.
(3) *Frat. Arv.* p. 550.
(4) Cap. VII, n. 57.
(5) Cap. VII, n. 318.
(6) *Inscriptt. Siculae* n. 60.
(7) Cap. VII, n. 226.
(8) *Antichità di Rav.* T. II, P. II, p. 233.

Retulit jam Fabrettus (1) hanc epigraphen.

APRILIS GN · DOMITI AGATOBVLI

Confer Muratorium (2).

In latere XLVIII

OP · DOL · EX · PR · AVG · N · FIG · TERENT
SECVND · E · APRIL · LAELIII (*sic*

Boldettus (3) sequentem similem figlinam refert: OP . DOL . EX . PR . AVG . N . FIG . TERENTI LAELIII SECVNDE APRILI. Hanc autem eamdem, ac Kircherianam crederem, sed minus diligenter descriptam; ac propterea utramque sic legerem: *Opus doliare ex praediis Augusti Nostri, Figlina Terentiana, Secundi et Aprilis Laelii aut Laeliorum.* Erit ne superabundans tertio repetita littera I?

Iunge Secundi Laelii et Aprilis

Ex latere XLIX

OP · DOLIARE · EX · FIGVLINIS · DOMITIA*nis*

Ex latere L

OP · *DOLIARE* AVG · N · FL · DOMITIA

In fine erit ne legendum *Figlina Domitiana*, Aut potius sic tota inscriptio *Opus doliare Augusti Nostri, Flavii, Domitianarum.*

Ex latere LI

OP · DOL · EX · PR · DOM · AVGG · IVN · FIG · FAOR
IAN · CALVENTIA · MAXIMIN

NN. MAXIMA · Fabr.

Fabrettus (4), et Muratorius (5) ex similibus lateribus hanc ipsam inscriptionem jam antea protulerant. *Figlina Faortis* Calpetani Mnesteri inibi indicatur.

Faoris cfr. Arv. p. 114

Ex latere LII

OPVS · DOLIARE · EX · FIGVLINIS OCEANIS MINORIBVS
PRAEDIS · D · N · AVG

Ex Lupio (6), et Marinio (7) jam constabat hujusmodi inscriptio. Istae autem *Figulinae Oceanae minores*, et aliae *majores*, occurrunt etiam in operibus doliaribus, quae insignita sunt nominibus *L. Bruttidi Augustalis*, et Consulum *Severi et Stlogae*, quaeque propterea ad annum Chr. Domini CXLI spectant.

(1) Cap. VII, n. 46, 47.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 504, n. 13.
(3) *Osserv. sui cem.* p. 533.
(4) *Inscr.* c. VII. n. 87.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 2014, n. 1.
(6) *Epitaph. Severae M.* p. 47.
(7) *Frat. Arv.* p. 241.

LIII *In latere*

OP · DOL · EX · PR · AVGG · NN · FIG · DOMIT
P · L · SENTINIAN · MAIORLANI

LIV *In latere*

OPVS · DOLIARE · EX · PRAEDIS
AVGG · NN · FIG · TER · TIT

In inscriptionis fine legendum erit *Figlina Terentii Titiani*, ut et in alia apud Fabrettum (1) et Muratorium (2).

LV *In latere*

OP · DOL · DE . PRAED · AVG · N · EX · FIGL
VET · CAECILIA AMANDA

Jam ediderant Fabrettus (3) et Muratorius (4) hanc inscriptionem.

LVI *In latere*

EX · FIG*lina* · DOM*itiana* · MAIO*ri* · DOMINOR · NN

LVII *In latere*

OFF · M · AVGG · ET · CAESS · NN

LVIII *In tabula aerea, olim in Museo Leonis Strozzae prostanti, tessera hospitalitatis et clientelae*

DD · *NN* · *Crispo et Consti*ANTINO
*Juniore Nob*ILISSIMIS *Ca*ESS IT*em* COSS
*III Non . Oct*OB*ris* ORDO MIDIDI
*Tanor*VM HOSPITIVM AMICITIAMQVE
FECIT CVM Q · ARADIO VAL PROCV
LO V · C · P · P · IPSVM LIBEROS POSTEROSQVE
EIVS SIBI LIBERIS POSTERISQVE *Suis*
PATRONVM COOPTAVIT
Q · ARADIVS VAL · PROCVL*us* V · C · *Prae*
SES P · P · HOSPITIVM AMICITIAM
QVE FECIT CVM ORDINE MI*didi*
TANORVM IPSOS LIBEROS P*osteros*
QVE EORVM SIBI LIBERISQVE *Suis*
IN FIDEM CLIENTELAMQVE *Suam*
POSTERORVMQVE SVORVM REC*epit*
AGENTE ORDINE

(1) Cap. VII, n. 333.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 500, n. 21.
(3) Cap. VII, n. 70.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 495, n. 10.

Iansonii ab Almeloveen (1), Gorii (2), et Gazerae (3) cura jam haec ospitalitatis et clientelae tessera prodierat in lucem. Quin imo *Q. Aradius Valerius Proculus*, qui inibi nominatur, in alia ejusdem generis tessera apud Gruterum (4) dicitur *Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus*. Praeterea et ejus filius *L. Aradius Valerius Proculus* occurrit apud Reinesium (5). Etiam civitas *Mididitanorum*, quae in nostro monumento bis innuitur, nota est adhuc ex aliis documentis, a Dupinio (6), et a Morcellio (7) indicatis. Mididitanorum enim an. 412 Episcopus Serenianus occurrit in gestis Collationis Carthaginensis (8), et an. 484 Episcopus Eubodius obvenit in catalogo Episcoporum, qui tunc Carthaginensi concilio interfuerunt (9). Et *Mididi* ipsa nominatur in veteri *S. Fulgentii vita* anonymi auctoris (10); eaque erat in Africae proconsularis provincia Bysacena, uti constat ex superius indicato catalogo (11). Caeterum qui hujus tesserae illustrationem pleniorem exoptet conferat Tomassinium (12), Gorium (13), Morcellium (14), Marinium (15), Gazeram (16), etc.

(1) *Fastorum Roman. append.* p. 619, 620, 621.
(2) *Inscriptt. Ethr.* T. II, p. 200, 202.
(3) *Atti dell' Acc. di Tor.* T. XXXV. *Part. Filol.* etc. p. 96.
(4) *Thes. Inscr.* p. 362.
(5) *Inscriptt. Class.* V. n. 122.
(6) *Geograph. sacra Africae* p. LXXXIII ante S. Optatum de *Schismate Donat.*
(7) *Afr. Chr.* T. I, p. 227.
(8) Coleti *Concill.* T. III, col. 210.
(9) Coleti *Op. cit.* T. V, col. 266.
(10) Cap. 12, juxta lectionem cod. Colbert. animadversi a Balutio.
(11) Coleti *Op. cit.* T. V, col. 265, 266.
(12) *De Tesseris Hosp.* in Gronovii *Thes* T. IX, p. 226.
(13) *Loc. cit.*
(14) *De Stylo* p. 185.
(15) *Fratelli Arv.* p. 782.
(16) *Serie de' decreti di patronato, e clientela, o di semplice ospitalità* in *Atti dell' Acc. di Tor.* T. XXXV, P. Filolog. p. 73 seqq.

INSCRIPTIONES ETHNICAE

HISTORICAE CONSVLARES

LIX *In eburnea tessera gladiatoria honoraria, e Capponiano in Kircherianum Museum translata*

HYLLVS
CAEDICI
SP K. FEBR
L · ARRVN · M · *Lep* · *Cos*

Plurimi ex archaeologis, inter quos nominare sufficiat Odericium (1), Morcellium (2), Cardinalium (3), et Labusium (4), hanc tesseram protulerunt, et commentario elucidarunt. Labusii vero illustrationi, inter alias probandae, innitentes, sic tesserae inscriptionem interpretamur: *Hyllus Caedici* (Servus) *Spectatus* (in ludo gladiatorio, et exiens victor) *Kalendis Februarii Lucio Arruntio et Marco Lepido Consulibus*, sive anno U. C. 759, aut Chr. Domini 12. In hanc rem Horatius canit: *Spectatum satis* et *donatum jam rude quaeris, Meccenas, iterum antiquo me includere Ludo.*

LX *Ex lateribus*

1\. APR*oniano* ET PAE*tino* *Consulibus*
G · G · S · S · D*e* F*iglina* D*omitiana*

2\. OP · DOL · EX · FIG · ANTEROTI · CAES · N · SER*vi*
PAETINO · ET · APRONI*ano* COS

Anteros hic nominatus diversus est a Severi Caesaris hujus nominis Servo, qui in aliis figlinis inscriptionibus occurrit apud Fabrettum (5). Caeterum Muratorius (6), et Morcellius (7) jam antea nostram hanc obtulerant.

3\. DOL · EX · PRAED · CAES · N · C · AQVILI · APRILIS
PAETINO · ET · APRONIANO COS

Muratorius (8) protulit hanc epigraphen.

(1) *Dissertatt.* p. 185.
(2) *Diss. delle tessere degli spettac. Rom.* cum notis doctoris Labusii p. 24. Milano 1827 in 8.
(3) *Mem. Rom. di Antich.* T. II. p. 149.
(4) Adeas Morcelli *Op. cit.* p. 24, 50, 52.
(5) C. VII, n. 40, etc.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 322, n. 4 et 5.
(7) *De Stylo* p. 263 edit. Rom.
(8) *N. Thes. Inscr.* p. 322, n. 8.

4\. . . . . ; DOMITIAE DOMITIANI S
*Pae*TINO · ET APRONIA*no* COS

Scillicet *Opus doliare, ex figlinis Domitiae, Domitiani servi* etc.

5\. OP · D · D · DORYPHOR · DOMITI · LVCILLAE
PAET · ET · APRO · COS

Sic interpretandam censerem primam inscriptionis lineam: *Opera Doliaria Doryphori Domitiae Lucillae.* Domitia autem haec Lucilla, seu Calvilla, Publii Calvisii Tulli filia, Annii Veri uxor, et M. Aurelii Antonini mater, saepe in figlinis operibus, quae annos 123-155 spectant, occurrit. Confer Fabretti (1), Marini (2), etc. In alio musei Kircheriani laterculo sic legitur:

OP · DOL · EX · PR · LVCIL · VER

6\. GN · DOMIT · TROPHIM · D · D · L · DOM · LVC
APRONI · ET · PAETINO COS

Ita primam inscriptionis lineam legerem: *Gnei Domitii Trophimi doliare de Licinianis Domitiae Lucillae.*

7\. EX · F · TESP · Q · AB · CÆ · DVISFOR
APR · ET · PAE · COS

8\. T · FL · FELIX · EX · PRÆD · CLVS
MODES · PÆTI · ET · APRON

Quo ad omnes hos octo lateres consulum *Modesti Paetini et Aproniani* nominibus insignitos, atque ea propter ad annum Christi Domini 123 spectantes, adnotabo, quod lateres villae Adriani prope urbem Consulibus ipsis Paetino et Aproniano insigniti sunt, testibus Fabretto (3), et Marinio (4). Quin imo Consules eosdem Paetinum et Apronianum saepe leges, teste Morcellio (5), et in lateribus Thermarum Antonianarum.

Ex lateribus LXI

1\. EX · FIG · Q · A · M · O · D · SERVI GRAPHICI
SERVIANO III ET VARO COS

Prima hujus inscriptionis figlinae linea sic interpretanda erit: *Ex figlinis Quinti Asinii Marcelli Opus doliare servi Graphici.* Inscriptionem hanc jam ediderat Muratorius (6), aliusque doctus vir in *Atti dell'Ac. Rom. di Arch.* T. II. p. 643.

(1) P. 512, n. 164.
(2) *Frat. Arv.* p. 667.
(3) C. VII, n. 108.
(4) *Prefaz. alle Iscriz. doliari.*
(5) *De Stylo* p. 364, edit. Rom.
(6) *N. Thes. Inscr* p. 324, n. 11.

2. *Ex · Fig* · DOM · LVC · O · D · DION · DOM · LVC
*Se*RVIANO · III · ET VARO

Hanc inscriptionem, quam ex latere incertus ego descripsi, Boldettus (1) et Muratorius (2) ex aliis lateribus non minus dubitanter protulerunt. Ipsam ita interpretarer: *Ex figlinis Domitiae Lucillae Opus doliare Dionis, Domitiae Lucillae Servi* etc.

3. EX · FIG · TVR · SEI · ISAVR · O · D · AB · L · FAD · PAS
SERVIANO III ET VARO COS

Hanc vel similem aliam epigraphen edidit Ciampinius (3). Ipsam ita legerem: *Ex figlinis Turci Sejae Isauricae Opus doliare Ab Lucio Fadio Pasieno.* Confer Fabrettum (4), et Fea (5).

4. EX · PR · M · MACRI · D · F · L · M · A · A · STRAG
SERVIANO III COS

Porro omnes quatuor supra descriptae inscriptiones ad annum spectant Christi Domini CXXXIV.

LXII *In latere*

EX · PP · D · P · F · LVCILLAE · OP · DOL · FIG · M · APR
L · AEL · CAES · II · P · COEL · BALBIN COS

Haec inscriptio jam edita est a Marinio (6), et ab Orellio (7). Confer etiam Fabrettum (8), et Morcellium (9). *L. Aelius Caesar*, inibi nominatus, est Lucius Aelius Augustus, qui cum M. Aurelio imperavit, et Lucius Verus dici solet, uti adnotat Morcellius (10). Consul ipse fuit secundo cum P. Coelio Balbino an. Christi CXXXVII. Inscriptionis lectio haec erit: *Ex praediis Domitiae Publii filiae Lucillae Opus Doliare figlinarum Marci Aprilis, Lucio Aelio Caesare II., P. Caelio Balbino, Consulibus.*

LXIII *In latere*

EX · F · ASIN · QVAD · O · D · C · NVN · FORT
SEVERO · ET · STLOGA COS

Hanc inscriptionem ita legerem: *Ex figlinis Asiniae Quadratillae Opus doliare Nunnidi Fortunati* etc. Spectat ipsa annum CXLI. Confer Fabrettum (11), Boldettum (12), Muratorium (13), et Marinium (14).

(1) *Osserv. sui Cem.* p. 532.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 324, n. 5.
(3) *De sacris aedif.* Tab. VI, f. 3.
(4) C. VII, n. 144.
(5) *Terme Tauriane* p. 9.
(6) *Frat. Arv.* p. 667, 668.
(7) T. I, p. 201.
(8) C. VII, n. 180.
(9) *De Stylo* p. 264.
(10) *Loc. cit.*
(11) C. VII, n. 52.
(12) *Op. cit.* p. 573.
(13) *N. Thes. Inscr.* p. 327, n. 5.
(14) *Frat. Arv.* p. 194, 195 et 239.

In latere LXIV

EX · FIG · CAES · N · C · CAP · MNESTERI
KANO · ET · CAMERINO COS

Annus Consulatus *Kani et Camerini* Marinio, qui hanc inscriptionem edidit (1), ignotus est; ast inter annos 125-135 vix absque dubio erit collocandus. *Cajus* Favor seu Faor *Calpetanus Mnesterus*, qui hic nominatur, et ex aliis epigraphis doliaribus notus est. Confer Fabretti (2). In aliis autem duobus Kircheriani Musei lateribus legitur:

1. OP · DOLIARE · A · CALPETA · EX · PRAED · FAVST....
2. C · CALPETANI · MVSOPHILI

atque in aereo ejusdem Musei sigillo

L · CAP · VALERIAN

In ponderis bilibris regula plumbea (3) tetragona opistographa LXV
ex Siculis forsitan oris Romam translata

Ex una facie	*Ex altera facie*
ΕΤΟΥϹ · ΔΙ	ΑΓΟΡΑΝΟ
ΥΠΑΤΕΥΟΝ	ΜΟΥΝΤΟϹ
ΤΟϹ · Τ · Ιϒ ΚΛΑ	ΜΕΝΕϹΘΕ
ΤΙΟΥ · ϹΕΟΥ	ωΕΧρΗϹΤ
ΗΡΟΥ ΙΤΑ	ϛΔΙΛΕΙΤΡΟΝ
ΛΙΚΩΝ	
ANNO XIV	AGORANO
CONSV	MO *vel* AEDILI
LE · T · IV CLA	MENESTHE
TIO SEV	O CHREST
ERO ITA	O BILIBRE (*pondus*
LICVM	

Hanc prestantissimam epigraphen nuperrime exemplatam dedit, diligentissimoque ac doctissimo commentario (4) elucidavit P. Joan.

(1) *Frat. Arv.* p. 100, 114.
(2) C. VII, n. 78, 84, 85.
(3) Vulgo *Campione di bilibra.*
(4) *Campione di antica bilibra Romana in piombo, conservato nel Museo Kircheriano, con greca iscrizione.* Roma 1835, in 4.

Petr. Secchi Societatis Jesu. Magna porro veritatis specie ita ipsam exposuit: *Anno* XIV tribunitiae potestatis Alexandri Severi, sive Aerae Vulgaris CCXXXV, *Tito Julio Clatio Severo* et Tiberio Claudio Quintiano *Consulibus*, *Aedile* seu rei venalis Curatore (Graece *Agoranomo*) *Menestheo Chresto*, *italica* seu romana *bilibra*, aut *bilibris* Romani ponderis regula exacta. Consul Titus Iulius Clatius Severus, Quintiani socius, ex fastorum Consularium documentis aliis omnibus omnino ignotus (1), exinde primum revelatur. An vero ipse idem fuerit vir cum Severo, quem innuit Lampridius (2); an eumdem Lampridius reapse cognominaverit *Clatium*, et ejus amanuenses falso scripserint CATILIUM; an agoronomus aut aedilis *Menestheus Chrestus* idem fuerit vir cum *Chresto*, quem innuit Xiphilinus (3) aut Zonaras, atque Menestheus *Misitheo* apud Capitolinum substituendus sit, conjectare quidem licet, sed aetas, quae alia monumenta sub humo latentia in apricum proferat, definiet.

Ex voce *ἰταλικὸν*, pondus hoc extra Italiam fusum fuisse credimus. Ita in alio pondere, quod Romae erat apud Eq. P. H. Viscontium, *τριούγκιον ἰταλικὸν* legebatur. Vocem autem *διλεῖτρον* *bilibram* indicare, ne dubio quidem locus. Scriptum porro fuit *διλεῖτρον* loco *διλίτρον*, prouti latini scribere potuissent *bileibram* loco *bilibram*. Ita in Musei Kircheriani vasculo *πεῖνε εὐφραίνου* loco *πίνε εὐφραίνου* legimus.

Caeterum *διλεῖτρον* seu *διλίτρον*, ejusque adjectiva *διλιτραίος*, *τετρακοντάλιτρος*. etc., quae veterum graecae linguae documentorum suffragio gaudent, linguae Graecae Stephaniano Thesauro, quod denuo, novis doctorum virorum inlatis curis, Lutetiae Parisiorum prodit, inducenda erunt.

Quae huc usque dicta sunt, Cl. P. Secchii commentario, quod a doctissimis Archaeologis Borghesio et Labusio laudatum novimus, debemus. Utinam a Cl. Viro, Graecae linguae inter Italos doctissimo, ejus *Grammaticam*, quam expectamus, aliquando haberemus!

(1) Vide Cl. Borghesium. *Memorie dell' Istituto di Corrisp. Archeol.* Fascic. III. *Illustraz. di un framm. di fasti sacerdotali.*
(2) *Alexander Aug.* p. 137. Paris. 1620.
(3) Dionis *Epitome* L. XXX, c. 2.

In aereo pondere exagono opistographo LXVI

Ex una facie	*Ex altera facie*
ΑΓΟΡΑΝΟ	Τ*ον* · · · Ο
ΜΟΥΝΤΟC	· · · · · · · Κ
ΤΗΝ · ΕΞΑΜΗ	ΑΙ *ΠΑΝΗ*ΓΥΡΙ
ΝΟΝ · Τ · ΑΕΛΙΟΥ	ΑΡ*χον* ΚΑΙ
ΔΟΜΙΤΙΑ	ΓΥΜΝΑCΙ
ΝΟΥ	ΑΡΧΟΥ
AGORANO	· · · · · · ·
MO * (* *vel* AEDILI)	· · · · · · · E
SEMESTRA	T PANEGYRI
LI · T · AELIO	ARCHAE ET
DOMITIA	GYMNASI
NO	ARCHAE

Primam Graecae hujus inscriptionis faciem dedit Cl. P. Secchius (1); et ad alterius nimio nimius detritae supplementum dissertationem quandoque se editurum fore promisit. Validissimo igitur viro hanc spartam omnino expugnandam libenter relinquam.

(1) *Op. cit.* p. 16.

SEQVVNTVR

ALIAE INSCRIPTIONES ETHNICAE HISTORICAE

LXVII *In fistulis plumbeis ex Castris Praetorianorum forsitan effossis*

1. L · GRATTI · EXSVPERI · TR · COH · VI · PR
2. SEX · LAECANI · NAEVI
LABIONIS > COH · VIIII · PR

Maffeius (1) utramque inscriptionem edidit. Ad finem secundae ita legendum erit: *Labionis Centurionis Cohortis Nonae Praetoriae.*

LXVIII *In lateribus*

1. OFF · S · R · P · DOM

Legerem *Officina Summarum Rationum Patrimonii Domitii.* Fabrettus (2) hanc aliam figlinam inscriptionem profert: R · S · P · OF · DOM · S · IIII, scilicet *Rationum Summarum Patrimoni Officina Domitii Stationis IIII.* Confer et Vermigliolium (3).

2. OFF · S · R · P · DOM

Interpretarer: *Officina Summarum Rationum Focenii.* Lupius (4) hanc inscriptionem jam edidit.

3. OF · S · P · F · DOM

Legenda: *Officina Summarum Patrimonii Figlina Domitii.*

4. OF · S · P · OFF · DOM · DECEMB

Officina Summ. Patrimonii Officina Domitii Decembrii.

5. OF · S · P · OFF · T · EM

Officina Summ. Patrim. Officina T. Emilii aut *Tempesii.*

In latere

EX · PR · T · STAT · MAXIM · PHIG · MACED
OPV · Q · ABVRNI · CELER

Muratorius (5), et Marinius (6) hanc epigraphen jam protulerant. Caeterum praedii figlini cujusdam dominus, *Titus Statilius Maxi-*

(1) *Mus. Ver.* p. CCLVII.
(2) C. VII, n. 308.
(3) *Inscr. Per.* T. II, p. 461.
(4) *Epitaph Sev. M.* p. 59.
(5) *N. Thes. Inscrr.* p. 2014, n. 7.
(6) *Frat. Arv.* p. 317. Cf. et p. 306.

mus Severus, etiam in aliis pluribus lateribus (1) nominatur, ex quibus adhuc argui potest ipsum anno Christi cxxvi vixisse.

In latere LXX

OPVS DOLIARE

L · BRVTTIDI · AVGVSTALIS

Lucius hic *Bruttidius Augustalis* doliaribus operibus figlinis Caesareis *Oceanis Minoribus*, quae ita dicebantur relate ad *Majores*, praeerat sub Consulibus Paetino et Aproniano, sive anno Christi Domini 123 (2), sub Consulibus M. Annio Vero et Eggio Ambibulo, sive anno Chr. Domini 126 (3); item sub Consulibus Severo et Stloga (4), sive anno Chr. Domini 141. Exinde patet recedendum esse a sententia Fabrettii (5), Lupii (6), et Morcellii (7), qui doliaria opera, *L. Bruttidii Augustalis* nomine insignita, anno 101 accensebant.

In latere LXXI

. . . . ÆIANI · SILANI · APRI

OP · DOL · ALLI · RVFI

Confer Lupium (8).

In lateribus LXXII

1. OP . *Dol* . *Ex* . *Pr* . *Vmidi* . QVADRATI
Et . *Ann*IAES FAVSTINAE
SEX · APRI · SILVINI

2. OP · DOL · EX · PR · VMI · QVAD · ET · AN
FAVS · EX · FI · SEX · AP · SILV

Bonannius (9), Muratorius (10), et Marinius (11) protulerunt istas inscriptiones, quae sic legendae erunt: *Opus doliare, ex praedio Umidi Quadrati, et Anniaes Faustinae, ex figlina Sexti Apri Silvini.* Temporibus autem Antonini Pii suspicatur Marinius opera doliaria, hisce inscriptionibus insignita, esse accensenda.

In lateribus LXXIII

1. OP · DOL · EPAGATV · CLAVDI
2. EPAGATHVS · CLADI · QVINQVA

(1) Marini *loc. cit.*
(2) Marini. *Frat. Arv.* p. 240, 241.
(3) Muratori p. 323, n. 1; et Marini *Op. cit.* p. 174.
(4) Marini p. 194, 195, 239.
(5) *Inscriptt.* c. vii, n. 66.
(6) *Epitaph. Sev.* p. 47.
(7) *De Stylo* p. 261 edit. Rom.
(8) *Epitaph. Sev. Mar.* p. 74 et 75.
(9) *Mus. Kirch.* p. 172. Tab. lv.
(10) *N. Thes. Inscr.* p. 2101, Tab. B.
(11) *Frat. Arv.* p. 513—515 et 520—521.

Epagathus hic *Claudius*, seu *Claudii* Servus, *Quinquatralis* dicitur, quia natus in diebus festis *Quinquatralibus*, quae xiv Kal. Apr. celebrabantur, uti adnotat Fabretti (1). Artem vero figlinam ipse exercebat, dum consul esset tertium Servianus, sive anno 134, uti ex Marinio (2) deducitur. *Claudius* vero *Epagathus libertus* occurret inferius in inscriptione funebri CL . ARESCVSAE.

LXXIV *In latere*

EX · PR · DOMITIAE LVCILLAE
OP · DO · FORTVNATI LVC*illi*

LXXV *In latere*

EX · PR · FL · APP · OPVS DOLIARE
IVLI CALLISTI

LXXVI *In latere*

OP · FIG · EX PR · IVLIA*e* SATVRNI

Haec *Julia Saturni* occurrit et in alio laterculo apud Marinium (3), insignito Consulibus Severo et Stloga, ac propterea ad an. 141 spectante.

EX · PR · ORTESI · PAVLI
NI · NEG · METILI PROCLI

Scilicet: *Ex Praedio Ortesi Paulini, Negri Metili Procli* Opus doliare. Fabrettus (4) jam ediderat hanc figlinam epigraphen.

LXXVII *Ex lateribus*

1. OP · DOL · EX · FIGL · L · PVBLILIAN PRAED
AEMILIAE SEVERAE
2. OP · DOL · EX · FIGL · PVBLILIANI · PRAED
AEMILIAE · SEVERAE · C · F
3. OP · DOL · EX FIG · PVB · DE · PRAE · M
NEG IVNIAE SAN

LXXVIII *Ex latere*

M · PVPIVS · DE · FIGLINIA
PVᛍ · RVTILIAE · · · *Subaubi Fecit*

(1) *Inscript. c.* VII, n. 183—187.
(2) *Frat. Arv.* p. 349, 350 et 667.
(3) *Frat. Arv.* p. 239.
(4) C. VII, n. 241.

Ex lateribus LXXIX

1. P · SERVILI · FIRMI · OP · DE · FIGL
SEIAES ISAVRICAE

2. OP · DE FIGL · P · SERVILI · FIRMI
SEIAES ISAVRICAE

Seja haec *Isaurica* occurrit et in alio opere figlino (1), quod consulibus Severo et Stloga insignitum est, quodque propterea ad an. 141 spectat.

In latere LXXX

DOL · EX FIG · M · HERENN · POLLIONIS
· L · SESSI · SVCCESSI

Confer Muratorium (2), et Morcellium (3).

In lateribus LXXXI

1. *CN · DOMITI · AMANDI*

Muratorius (4) edidit. Confer et Morcellium (5).

2. GN · DOMIT · ARICNOT . . .

Cognomen *Aricnotus* legitur et in epigraphe Graeca apud Muratorium (6). Muratorius ipse (7) edidit et hanc nostram figlinam. Confer etiam Marinium (8).

3. GN · DOMIT . . . . . DAPHNI

Fabrettus (9) et Muratorius (10) ediderunt.

In lateribus LXXXII

1. FELICIS · S · S · S
TEG · TON

Scillicet *Felicis Sentii Saturnini Servi tegula Tonnejana.*

2. HELLENI · D · P · F · LVCILLAE

Scillicet *Hellenii De Praediis Figlinis Lucillae* Opus.

3. TI · IVL · BVS
PERIANDER · FEC

4. C · VIBI · DONATI
FELIX SER*vus fecit*

(1) Marini. *Frat. Arv.* p. 239.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 2014, n. 13.
(3) *De Stylo* p. 263. edit. Rom.
(4) *Nov. Thes. Inscr.* p. 449, n. 17, et p. 501, n. 3.
(5) *De Stylo* p. 263.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 248, n. 1.
(7) *Idem* p. 499, n. 12.
(8) *Frat. Arv.* p. 667.
(9) C. VII, n. 206.
(10) *N. Thes. Inscr.* p. 449, n. 18.

LXXXIII *Ex latertbus*

1. AMVCI · ARTEMI F
2. ANCAR Q (*aut* L) IOVI
3. L · ANNI · F · F · IAL
4. L · LABERI · SECVNDI
5. M · TITI · MARCELLI
6. SVLANI · N
CA · L · F

Omnibus in hisce doliaribus epigraphis subaudiendum videtur *figlinum opus.*

LXXXIV *In latere*

M · TVLI

TVKI habet Zuzzeri qui in hac forma tres L litteras monuit · fr. Sculp. p. 16. 6.

Later hic effossus est in praedio Tusculani agri, cui nomen *La Rufinella*, S. Aloysii Gonzagae incolatu celebri. P. Zuzzeri (1) ibidem etiam Ciceronis rus Tusculanum fuisse statuere conatus est, contradicente tamen P. Cardoni (2), aliisque.

Clariss. Archaeologus Labusius mihi anno 1834 scribebat: « *Sopra un mattone, scoperto non sono molti anni in un pavimento a molte braccia sotto il mare a Venezia, leggevasi* C . TVLI ». In sex autem consularibus familiae *Tulliae* numismatibus legitur M . TVLLI, aut M . TVLLIVS, duplicata scillicet L.

LXXXV *In latere*

VALERI
SEVERI

In olla in Brixianum Museum, nescio exunde, translata, legitur SEX · VA · SEV. Ast in bipenda, in ruinis Palatii Romae inventa, pront Lupius refert (3), legebatur:

L · VALERI
SEVERVS

Fabrettus etiam (4) hanc figlinam profert epigraphen:

L · VALERI · SEVERI
EX · FIG · DOM

(1) *Di un' antica villa del Tusculo.*
(2) *De Tusculo M. Tullii Ciceronis.*
(3) *Epitaph. Sev. M.* p. 146.
(4) C. VII, n. 342.

LXXXVI

Inscriptiones in lucernis fictilibus juxta nominum ordinem alphabeticum descriptae

1. AEL MAX
2. AEMILI ERONIS
3. C ANA FELI
4. APRI OF*ficina*
5. C AS VICT
6. L · AS AVGV
7. L AS AVG N S
8. L · AS S FI
9. P · AS · AVG
10. AVR · XAN
11. C ATIL · TRO
12. BASSA
13. L CAES AE
14. L · CAMSA
15. L CAS AE
16. CEΘRI
17. CISTEFAN
18. CLO HELI
19. C CLO · SVC
20. CL OE DAM
21. COMMVNIS
22. C · O · R
23. CRESCE;S
24. ERACLID
25. L FABI C MASC
26. L · FABRI AENEI
27. L · FABRI C MAS
28. FESTI
29. FLORENT
30. FORTIS
31. FRVGI
32. GABINIA
33. EX OF GARCILI
34. Q · HORATI · HYLAE
35. IVLIVS
36. C · IVLI · NICEF
37. C · IVL · NICEF
38. C · IVL · PHI
39. C · IV · PHIL
40. TI IVL SVC
41. C · IVN · BIT
42. C · IVN · DRAC
43. C · IVN DRA
44. L · MADI EC
45. L MAMIT
46. EX OF MAR
47. L · MARM
48. L · MVNA*MAE vel* MRE
49. L · MVN PHILE
50. D · MVN SVC
51. L · MVN THRE
52. MVN TREPT
53. N NAE LVCI
54. VOXINON
55. Q · NVMI CES
56. C · OPPI RES
57. M · OPPI SOS
58. PALLADI
59. L · PAS ISID
60. C · POM DIO
61. M · PON STE
62. C · PVF · SEC
63. SAECVL
64. SERG · PRIM
65. SEXTI
66. STACT
67. STROBILI·
68. STROILI
69. TAD FAVS
70. M · TRO · DIADV

Nemo, quod noverim, has fictilium lucernarum epigraphas edidit, si Ficoronium (1) excipias, qui duas ex ipsis protulit. Quidam vero mirabuntur, quod inscriptiunculas istas, tam diligens ego hic protulerim, cum nihil aliud fere ipsae exhibeant, quam praenomina, nomina, et cognomina. His porro, quibus hae quisquiliae minus sapiant, Archaelogorum principis Marinii verba (2) afferam. Ipse enim et hujusmodi, aut similes veterum sigillorum inscriptiones, dicit *degne di essere da' curiosi raccolte e di vivere nella memoria de' posteri per la loro antichità, la quale anche le cose di niun conto riveste di venerazione e di rispetto.*

LXXXVII *In fistulis plumbeis*

1. M · ANTONIVS · OLYMPIVS · FEC

Ediderunt Maffeius (3), et Zaccaria (4).

2. EX · OFFICINA · AVRELI · ANTH

Edidit Maffeius (5).

3. AVR · HILARVS · ET · AVR · GAIAN E PREB

Ediderunt Lupius (6), et Muratorius (7).

4. OF · AV . . . . IVSTINI · AVG · LIB

5. AVR · TELESFORI · ET · AELIA · LVCILLA · AVTRISQVE · FECER

6. CALPI PESSENI AVG · LIB

Verba tamen detrita sunt, et forsitan tantisper diversa.

7. L · CLODIVS · LONGINVS · FECIT

In *Anthologia Romana* (8), et apud Viscontium (9) prostat haec vel similis inscriptio.

8. FAVIA (*sic* GLYCERA

9. M · FERIDIVS · EVTHETVS FEC

10. GN · LEPIDIVS · PRIMVS · FEC

11. OCTACILIAE · C · F · POSTVMIAE

Maffeius (10) edidit.

(1) *Del Labico* p. 100, 103.
(2) *Pref. alle iscriz. doliari edit.* a Cl. D. Mai in *Scriptor. veterum nova Collect.* T. VII. Romae 1831, in 4.
(3) *Mus. Ver.* p. 257.
(4) *Istituz. Antiq. Lap.* p. 221.
(5) *Mus. Ver.* p. 257.
(6) *Epitaph. Sev. M.* p. 44.
(7) *N. Thes. Inscr.* p. 480.
(8) An. 1792, n. XLI.
(9) *Monum. Gabin.* p. 169. Romae 1792.
(10) *Mus. Ver.* p. 221.

Ex sigillis aeneis inscriptiones juxta nominum ordinem alphabeticum distributae

1. ALDINI
2. AP TI
3. ARQSVCT (sic
4. SEX · APONI
PROCVLI
5. P · ATIL · QVI
P · ATIL · M · P
6. A · VE
R · IV
7. AVRELI
GENTI
8. AVRELIAE
GEMELLAE
9. C C C N SE
R DISPΘ
10. L · CAP · VALERIAI
11. P · CAMERS (forsitan
12. CHRYSANTHI
D · LAB · AVDR
13. CLEMEN
TIS · AVG · N (servi
14. CLYME
M · SAFI
15. FAOLINI (sic
16. FELICIS
I · R · F
17. P · FIRVI (sic
IVSTI
18. T · FLAVI
ONESIMI
19. T · FLAVI
TITIANI
20. FREQ C (forsitan
CE SER
21. M · FVFI
CLEMENTIS
22. L · AHI V
ALEN
TIS
23. P · HAI
DAPHNI
24. HELEINI (sic
25. HERACLIAE
AVIA SECVND
26. HYACIN
THISRA (sic
27. HYLA
AF · C · S ·
28. P · GEMINI
SEVERI
30. GN IḾ RACIL
SVCC FAVS GRAT } (sic
31. C · IV · TAT
32. IVSTI
33. L C C
34. L · LICINI
CAPITONIS
35. LVCI VARI
CHRYSEROTIS
36. MARCI
37. M · MAN · VITA
LIS ET VERI
38. L · M · MAXIMV
39. MAXIMVS
SIM MARIVS
DIOGENVS
40. C · M · P

41. C · MVCI
POLLIONIS

42. P · OCTA
VI · ELI

43. C · PETILI
PRISCI

44. POTHINI
HELVI

45. P · S · E

46. C · PVBLICI
PROCLI

47. RVM · IVS

48. P · SCANTI
ELEVTHERI

49. C · SEI PO
SIDONI

50. SIFIZI ET } *vel* S . FIZI ET
SIFIMEI } S . FIMEI

51. T · S · P

52. VAI · IS

53. VELLON
IORVM

54. SEX · VIRI
VIRILLI (*sic*

55. VLPI MAR

56. ZOZIMI
A RATIONIBVS

In omnibus istis sigillorum inscriptionibus, quarum quasdam iam ediderat Bonannius (1), subintelligendum erit vel *sigillum*, vel *res*, vel *opus*, vel *officina*. — Ex universis autem sigillis aeneis, quorum inscriptiones usquedum protuli, nullum ad signanda opera doliaria inserviebat. Ex ligno duro sigilla, et quidem majora sive ampliora, ad doliaria opera signanda conficiebantur, uti jam adnotabant Bonannius (2), et Marinius (3).

LXXXIX

Militum nomina ex lapide

IVLIVS	ROMANVS	DOMITIVS	MARCELLVS
CLAVDIVS	CLAVDIANVS	LVCILLVS	SATVRVS
IVLIVS	TITVS	SEPTIMIVS	GERMANVS
IVLIVS	CLAVDIANVS	AVRELIVS	HADRIANVS
VALERIVS	VALERIANVS	AVRELIVS	HIPPIAS
PATERIVS	REBVRILLVS	AELIVS	CONSTAN
S?LVANIVS	SILVANVS	FLAVIVS	CLEMENS
FLAVIVS	ALEXANDER	AELIVS	SCIPIO
IVLIVS	ANTONINVS	FVLVIVS	IVLIANVS
VALERIVS	ISIDORVS	AVRELIVS	FLAVIVS
AVRELIVS	EROS	OTACILIVS	FELI . . .

(1) *Mus. Kirch.* Tab. LVI, et p. 172.
(2) *Mus. Kirch.* p. 172.
(3) *Pref. alle Iscriz. doliari* edit. a Cl. D. Mai in *Scriptor. Veter. Nova Collect.* T. VII. Romae 1831, in 4.

AEMILIVS	AEMILIANVS	FLAVIVS	PHILIP . .
AVRELIVS	DIONISIVS	IVLIVS	FORTVN . .
INSEQVES (sic	SPERATINVS	AVRELIVS	MAXIM
VALERIVS	PROCVLEIANVS	DOMITIVS	MARCEL
CNVESIVS	CHRESTVS	AELIVS	IANVA . . .
AELIVS	IVLIANVS	AVRELIVS	THEOD . . .
AVRELIVS	PROCVLEIANVS	AVRELIVS	PVBLIV . .
VALERIVS	SVCCESSVS	AVRELIVS	STRA . . .
VLPIVS	CAESIANVS	GN PVRNIVS (sic	PROCV . . .
AELIVS	VALENTINVS	. . . VIVIVS	ROGA .
AVRELIVS	IOVINVS	. . . LIVS	MALCO . .
MARCIANVS	. . . .	SEPTIMIVS	IVLIA . .
		AVRELIVS	METIL
		SEPTIMIVS	ACILAN
		CASSIVS	PAVLI .
		. . . . . .	PROCV . . .

In his duobus columnis nomina militum sunt minoris numeri; eo quod latioribus spatiis intercedentibus lineae sibi invicem succedant.

Saeculo IV desinenti tribuerem hanc tabulam. Muratorius eam describit (1), quin aliquid adnotet.

In strigili metallici manubrio XC

S7IQV+93S

Serturius scilicet, litteris etruscis inibi inscriptum. Notandum episemon *Bav* seu digamma Aeolicum pro V inibi expressum. De qua re egit Cl. Ab. Zannoni (2). Micalius autem in hoc ipsum monumentum (3) haec notabat: *Strigilo di fino metallo, nel cui manico, dove è replicato il bollo di una stella, si legge l' etrusca epigrafe* » ecc.

In glandula plumbea in agro Labicano reperta XCI

FIR

Ficoronius (4), et Micalius (5) de aliis plumbeis glandulis, iisdem illis litteris insignitis, loquuntur. Quin imo Micalius aliam similem plumbeam glandulam, in qua ITAL, inscalptum, profert. Verba Mi-

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 494.
(2) *Diss. sul primitivo alfab. greco*, Galleria S. V. T. II, p. 146, 201.
(3) *Stor. degli antichi popoli italiani.* Tav. CXIII, e *Spiegazioni* p. 209. Firenze 1832.
(4) *Del primo e secondo Labico* p. 83.
(5) *Stor. degli ant. popoli Ital. Spiegaz. della tav.* CXIII, n. 11, 12. T. III, p. 210.

calii haec sunt: « *Ghiande missili di piombo trovate ambedue nel-* « *l'Abruzzo. La prima colla leggenda* FIR *ha dovuto appartenere* « *ai militi di Fermo. L'altra porta nell'epigrafe* ITALIA *un con-* « *trassegno certo, che appartenne a* Esernia, *ossia alla nuova* « Italia *nella guerra sociale* ».

XCII *In annulo ferreo cuiusdam forsitan militis*

XI

XCIII *In eburnea, vel ossea tabella, seu tessera*

LIB · AVG
LEG · III

XCIV *In pondere ex nigro marmore, quod dicunt equipondium*

VIIII
M · F AV*orfis*

XCV *In pondere aeneo quadrato*

III$\mathfrak{S}$ XI
ΔꓶO · $\mathfrak{S}\overline{\Delta}$
III —

XCVI *In sigillo*

in parte ant.	*in parte post.*
SALVIS	ALOGI
NACHVO	ANIPA } *sic in omnibus*

XCVII *In lapide*

SODALES
LVSVS
IVVENALIS

Maffeius (1), Odericus (2) et Viscontius (3) hanc inscriptiunculam ediderunt iam aut illustrarunt. In ipsam tamen haec pauca adnotabo, quod scilicet Nero, uti enarrat Tacitus (4), ne adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos *Iuvenalium* voca-

(1) *Mus. Ver.* p. 321, n. 2.
(2) *Dissertat. in aliquot inscript.* p. 91. Romae 1765.
(3) *Lettera sopra un antico piombo Veliterno*, et *Lettera sopra due monumenti . . . di Antonia Augusta* in Visconti *Opere varie*. T. II, p. 33—46; 49—70. Milano 1829.
(4) *Annal.* XIV, n.° 15.

bulo, in quos passim data nomina ». Qui porro ex juvenibus ad hos celebrandos concurrere volebant, in collegium seu scholam sodales cooptabantur; ac propterea *sodales ludi* seu *lusus juvenalis*, seu *juvenales* dicebantur. Ipsis *principes* et *curatores* aderant, quos, uti et istiusmodi *Juvenum Collegia*, nedum Romae, sed etiam in Coloniis extantia, quandoque in lapidibus legimus.

Hic autem liceat adnotare, quod est nunc in Museo Kircheriano pulcher ille sarcophagus a Montfaucon exhibitus (1), ubi infantilis aetatis varii lusus gradusque opere anaglypho descripti sunt, absque ulla tamen inscriptione.

In tabella circulari aenea in clavum a retro desinenti XCVIII

HECHI
AVG · L · PRO*cul*
A LORICATA
EX RATION
PECVLIA
RI

Maffeius (2), Marinius (3), et Orellius (4) hanc commeatus syngrapham jam ediderunt. Quin imo Muratorius (5), et Marinius (6) sequentem aliam similem protulerunt.

ORTHRI
AVG · L · PROC
A LORICATA

Odericius autem (7), et Morcellius (8) ex alia tabella utrinque scripta hanc aliam inscriptionem obtulerunt.

THOANTIS
TI · CAESARIS
AVG
DISPENSATORI
AB · TOBIS

DE
STATIONE
CAESARIS · AVG.
TABELLARIS
DIPLOMARI
DISCEDE

(1) *Antiq. Expliq. Supplem.* T. v. Planche XLII et XLIII.
(2) *Mus. Ver.* p. 257.
(3) P. 522.
(4) T. I, p. 302.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 2043, n. 4.
(6) *Loc. cit.*
(7) *Sylloge Veterum Inscr.* n. 83, p. 231.
(8) *De Stylo* p. 258.

Regio *Loricata*, in syngraphis duabus superioribus nominata, innuitur et in alio monumento apud Marinium (1): sic enim in ipso legitur:

C · IVLIO · BASSO · AEMILIANO · ACTORI · CAESARIS
AD · CASTOR · ET · AD · LORICATA
AD · AVCTORITATEM · HELIODORVS · L · FECIT

Confer et Furlanettum *Lexic. totius Latinit.* ad voc. *Loricata.* Inferius in inscriptione funebri Kircheriana occurret etiam TABVLARIVS . VIATORVM . QVAESTORIORVM.

XCIX *In tabella aenea ex ferreo collario dependente*

FVGI · TENE · ME
CVM · REVOCV
VERIS · ME · D · M
ZONINO · ACCIPIS
SOLIDVM

Spon Miscell. p. [illegible]

Maffeius (2) unus, quod sciam, hanc inscriptionem edidit. Sed Fabrettus (3), et Muratorius (4) alias plures similes ex istiusmodi tabellis inscriptiones iam obtulerunt.Hisce tabulis, servus, qui collo suspensas et ex ferreo collario dependentes eas ferebat, si ab hero suo aufugisset, omnes in eum occurrentes ita monebat: *Fugi, tene me, cum revocaveris Domino meo*, puta, *Zonino*, *accipis solidum*, in gratiae relatae praemium. « Solidum autem posteriori aetate, uti « scribit Forcellinius, numus aureus erat, quod valuit aliquando « denariis viginti quinque, seu IIS centum: sed aliis temporibus « ejus valor et pondus imminutum est ».

C *Circa parvulum tintinnabulum ex iis, qui ad equorum in ludis currentium ornamentum inserviebant, duabus lineis sic legitur*

ΕΙϹΑΠΕΩΝ

ΠΡΩΤΟΓΕΝΗ ΝΙΚΑ

Isapeorum primogenita vince.
Vel *Isapeos Protogene*, aut *Primogene*, *vince.*

[illegible] De tintinnabulis [illegible] Columb. [illegible] p. 27

(1) P. 518.
(2) *Mus. Ver.* p. 262.
(3) P. 522.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 479.

CI

Adhortationes ad bibendum

1. *Circa vasculum fictile*

ΠΕΙΝΕ ΕΤΦΡΑΙΝΟΥ

Bibe gaude

Dedit P. Secchius (1).

2. *In vitreo vasi*

ΑΡΒΑΚΤΙ ΡΙΕ

Dedit P. Secchius (2).

3. *Circum vas vitreum, nescio an ethnicum aut christianum*

POLYCARPE BIBE FELIX

(1) *Campione di antica bilibra Romana* p. 26.

(2) *Loc. cit.*

INSCRIPTIONES ETHNICAE
HONORARIAE

CII *Ad pedes statuae*

P · HONORE
ALEIO PROCVLO C · V · Q · K
C · VIVIVS CONSTITVTVS

Lupius (1), Muratorius (2), Odericius (3), et De Correriis (4) hanc epigraphen protulerunt et elucidare studuerunt. Statuae etiam, cui subscripta legitur epigraphe, exemplum dedit Lupius (5), eamdem secundo saeculo aut tertii initio tribuendam aestimans. In inscriptione vero non ita interpretatu faciles sunt litterae Q. K. Muratorius (6) haec habet: « Dum melior interpretatio succurrat, locus erit conjecturae P. Vulpii censentis potius hunc (*Alejum* nempe *Proculum Clarum Virum)* fuisse *Quratorem Kalendarii* quam *Quaestorem Karthaginensium* ». Odoricius autem (7) optime litteras Q. K. *Quaestorem Kandidatum* interpretatus est. Idem scientissimus Archaeologus de *Quaestore Kandidato* docte suo more disseruit (8).

CIII *Super pallium aereae statuae, quae ex Etruriae forsitan agro quodam in museum Card. Gualterii domo Urbeveto cessit, et exinde in Kircherianum transiit, litteris forma fere etrusca scriptum legitur:*

C POMPONIO VIRIO POS

Absque dubio non cos sed POS in monumento scriptum est, uti jam legit Lanzius (9), et ex ipso Vermiliolius (10). Erravitque propterea editor *Musei Kircheriani Aereorum*; qui (11) cos legebat. In

(1) *Epitaph. Sev. M.* p. 155.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 2020, n. 8.
(3) *Dissert. in aliquot inscript.* p. 132
(4) *De Sessorianis... Reliquiis* p. 211. Romae 1830.
(5) *Op. cit.* Tab. XIX.
(6) *Loc. cit.*
(7) *Loc. cit.*, et *Dissert. sopra un' antica iscriz.* p. 20—22. Roma 1756.
(8) *Dissertatt. in aliquot. Inscriptt.* p. 141—143.
(9) *Sagg. di ling. Etr.* T. I, p. 160. Romae 1789.
(10) *Lez. Elem. di Arch.* T. II, Lez. IV, Art. III, p. 172. Perugia 1823.
(11) T. II, p. 61. Tab. XIV.

caeteris inscriptio, prout est, ac statua, diligenter ab ipso exemplata inibi conspicitur. Uti litterarum forma, sic et familia *Pomponia*, Etruriae statuam adtribuunt. *Pomponia* enim familia, sicut Vermiliolius animadvertit (1) ex Etruria originem habuit. Caeterum alios, praeter hunc, *Cajos Pomponios Virios* seu *Veros* dabunt aliae apud Muratorium (2) epigraphae.

Circum collum protomes aenae CIV
oblongo crine et alite utrinque protectae

C · OVIO · OVF · FIICT

Caio Ovio Oufentina (tribu) *Fecit*, ita epigraphen lego et interpretor. Ex schedis Cyriaci Muratorius (3) hanc aliam inscriptionem edebat:

Q · OVIVS · OVF · TR · PL
VIAM STRAVIT

adnotabatque « *Quintum Ovium Oufentinae Tribui* adscriptum fuisse ». Caeterum digna est, quae edatur, illa cum sua inscriptione protome.

In scuto aeneo circum protomen CV

SEX · Q · VESVÆS · Q · SEX · F · D · D

Digna est, quae edatur, cum hac sua inscriptione protome. Inscriptionem jam ante nos ediderat Maffeius (4).

In aerea circulari tabella suppedanea aereae protomes bifrontis, ex una facie, virum barba ornatum, seu Baccum senem, ex alia, adolescentulam, repraesentantis. CVI

TANIAE · DETRONEVE · L · F
GN · AFREIVS (*vel* AFR · EIVS) MAGISTER
DONVM · DAT

Tabella, et bifrons protome, ac speculum ex metallo, annulus aureus, inaures, et vascula quaedam sigillo hermetico clausa, omnia

(1) *Antiche Iscriz. Perug.* T. 1. *Avvertim.* p. XXIV. Perug. 1833.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 737, n. 1; et p. 738, n. 1.
(3) *Ibid.* p. 507, n. 6.
(4) *Mus. Ver.* p. 261.

simul adinventa sunt in capsula silicea Urbiveto effossa, uti enarrat Muratorius, qui et inscriptionem affert (1), sed non ex ordine. Si *Gneus Afranius ejus* etc. legimus, antiquus hoc nomine comicus in memoriam revocatur. Nomen autem *Tania* est in pluribus Etruriae inscriptionibus, et etiam in capsa fictili cineraria musei Kircheriani. Adnotabo demum, quod protome, non adhuc edita, est optimae artis.

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 1432.

INSCRIPTIONES ETHNICAE

DE RE FVNEBRI

In lapide CVII

Subtus calvariam anaglyptam, cui hinc et inde papilio advolitat

ΑΤροποΣ

Adstant inferius tres tali anaglypti sortes aut Parcas innuentes

Hominis sceletum et calvaries raro admodum ab Ethnicis effingebatur ad repraesentandam mortem aut hominem mortuum. Quapropter non ita inutile erit ea, quae novi, monumenta hujusmodi simul recensere. Exinde etiam verba sanctissima Apocalypseos vi, 8. *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum nomen illi mors, et infernus sequebatur eam*, et alia. 1. Cor. xv. 55, 56, ita lucem recipient, ut constet quanam sub forma se se Joanni repraesentaverit mors, atque ab artificibus illius temporis quandoque effingeretur. Inter omnia igitur de hac re monumenta praestantissimum, se se offert gemma Basilidiana Musei Medicei Caesarei Florentini apud Passerium (1), et Gorium (2), in qua triplici in actu apparet mors, stans nempe regensque bigam, equo insidens, et in lectu jacens, semper vero sceleti forma. Sceletum scriptum conspicitur et in aliis gemmis. Ita in gemma sarda apud Buonarrottium (3), et Koppium (4) sceletum cum bulla, papilione, et verbis Κτω et χρω, quae, si completa habeantur, *possideo* et *utor* significabunt, si vero non finita, et supplenda sint ita Κτωτι et χρωτι, *posside* et *utere*. In Museo Kircheriano conspicitur sceletum etiam in compositione enchaustica (vulgo *pasta all'encausto*): quin imo et dimidii hominis ossea forma (5), aerea quidem, ast auri pondere praetiosior, inibi prostat. Scheleton opere musivo effictum, atque ex Pompejana domo effossum, in Museo R. Borbonico Neapolitano extare

(1) *Thes. gemmar. ant. astriferarum* T. ii, p. 248.
(2) *Mus. Etr.* T. i, p. 455.
(3) *Osservaz. sui vetri* p. 193.
(4) *Palaeogr. Crit.* T. iii, p. 631, 632.
(5) *Indicazione del più rimarcabile in Napoli e sui contorni* p. 91. Napoli 1835 in 8.

indicat Cl. De Jorio (1). Dimidia hominis forma comparet et in tessera eburnea apud Caylus (2). Duo sceleta opere anaglypto lapidi insculpta conspiciebantur olim in Musei Kircheriani monumento perraro, edito a Fabretto, (3) et ab Odericio (4). Pars autem sceleti humani praecipua, calvaria nempe, frequentius forsitan occurrit in veteribus monumentis. Praeter enim sculpturam anaglypticam Kircheriani Musei, quam superius indicavi, et exunde occasionem de hac re disserendi sumpsi, Marinius (5) gemmam repraesentat (ni fallor gemma erit), in qua ante virum tenentem librum calvaria stat et super ipsam papilio. Galeottius (6) gemmam sardam profert, in qua calvariam adspicimus cum lance et rota. Calvariam eburneam summa arte fabrefactam vidi egomet anno 1828 in Museo Borbonico Neapolitano. Dum vero monumenta calvariem repraesentantia innuo, crucifixum saeculi XI a Schioppalalba editum et illustratum (7) silere nolo, sub quo calvaria effieta extat, quae caput nostri protoparentis juxta Sarnellium (8) repraesentat. Haec erant quae de mortis et mortui hominis effigie ex monumentis veteribus sculptis indicare volebam. Nunc addam et ea quae ex scriptoribus veteribus ethnicis in eamdem rem conferri poterunt. Plautus (9) *mortem (una morte in piedi)* appellat senem squallidum, macerrimum, semi-mortuum. Oratius ait: *Pallida mors equo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres.* Apud Senecam mors *horrida* (10), *avidis pallida dentibus (11)*, et apud Silium Italicum (12) *nigrum pandens lurida rictum,* dicitur. In fabulis autem mors est dea herebi et noctis (13). Caeterum Christianum virum post Christi Domini mortem et resurrectionem, *mors* non amplius ita suo aspectu terret; quin imo uti vitae nuntia et virtutis magistra ab ipso avidis seu quietis oculis conspicitur; eaque propter et effingitur et pingitur saepe in scrinii aut cubiculi ornamentum. Ita mors Christi fuit *mortis mors* simulque mortis vita. *Reposita haec est spes mea in sinu meo.*

(1) *Ficoronii Gemmae* p. 56.
(2) *Recueil* T. II, p. LXXVIII.
(3) C. 1, p. 17.
(4) *Dissertatt. in aliquot Inscr.* p. 70.
(5) *Frat. Arv.* p. 321.
(6) *Ficoronii Gemmae* Tab. VIII, p. 95.
(7) *In perantiquam tabulam graecam* Tab. III. Venetiis 1767 inf.
(8) *Lettere Eccl.* T. V, p. 54.
(9) *Bach.* 5, 2, 23.
(10) *Octav.* v. 1948.
(11) *Herc. Fur.* v. 555.
(12) L. XIII, v. 561.
(13) *Cic. de Nat. Deor.* c. 17; et Hyginus in *Praef.*

In saxo in via Latina invento CVIII

MORITVR

Conspicitur nempe inibi opere anaglypto insculpta mulier in lecto decumbens et moriens, ad cujus pedes duo pueri adstant, alter tubam rectam, alter cornu retortum tenentes et insultantes, juxta illud Vegetii *tubicines et cornicines simul canunt.* In parte autem ima legitur MORITVR. Huiusmodi repraesentatio elucidat quodammodo id, quod habetur Matthaei IX. 18, 19, 23. Repraesentationem vero ipsam impressit Maffeius (1). De eodem monumento loquutus est tantisper et Galeottius (2).

In lapidulá ad Coelioli pedes in situ palustri, uti aït Ficoronius, vel in rivo aquae Crabrae, uti ait Lupius inventa; eaque propter remota nimis a situ, in quo primum statuta fuerat. CIX

VELIVS . FIDVS
IVBENTIO . CELSO . COLLEGAE . SVO . SALVTEM
DESIDERI . FRATER . ARRI . ALPHII
ARRIAE . FADILAE . DOMINI . N . IMP . AVG . ANTONINI . MATRIS . LIBERTI
LIBELLVM . TIBI . MISI
COGNITI . MIHI . EX . LONGO . TEMPORE . PRIMAE . IVBENTVTIS
ETIAM . MIRATVS . CVM . AB . AEDIBVS . ESSEM . QVOT . EO . LO . SE . CONTVLISSET
A . QVO . DIDICI . CAVSAS . TE . REQVITIONIS . SET . ET . RELIGIONIS
MAGNOP . A . DOMINO . N . IMP . IMPETRASSE
ITA . NE . QVA . MORA . VIDEATVR . EI . PER . NOS . FIERI
LIBELLVM . SVBSCRIPTVM . PER . EVDEM . PVBLICVM . SINE . MORA . MIHI . REMITTAS
OPTO . TE . SALVON . ET . FELICEM . ES
EXÈPLV . LIBELLI . DATI
CVM . ANTE . HOS . DIES . COIVGEM . ET . FILIVM . AMISERIM
. PRESSVS . NECESSITATE . CORPORA . EORVM . FICTILI . SARCOFAGO . COMMENDAVERIM
DONEQVM . EIS . LOCVS . QVEM . EMERAM . AEDIFICARETVR
VIA . FLAMINIA . INTER . MILÍAR . II . ET . III . EVNTIBVS . AB . VRBE . PARTE . LAEVA
CVSTODIA . MONVMENTI . FIAT . HVMELIS . MAESOLA . P°M . SOLI . ORCILI
ROGO DOMIN . PERMITTAS . MIHI
IN . EODEM . LOCO . IN . MARMOREO . SARCOFAGO . QVEM . MIHI . MODO . COMPARAVI
. CORPORA . COLLIGERE . VT . CVANDO . NE . EGO . ESSE . DESIERO . PARITER . CVM . EIS . PONAR
FECRETVM . * FIERI . PLACET — * *aut* DECRETVM FIERI PLACET
IVBENTIVS . CELSVS . PROMAGISTER . SVBSCRIBSI
III . NONAS . NOEMB
ANTIO . POLLIONE . ET . OPIMIANO KOS ORDINALIS (*sic*
SEVERO . ET . SABINIANO COS

(1) *Mus. Ver.* Tab. ad p. 421. (2) *Ficoronii Gemmae* p. 421.

Ficoronius praestantissimum hoc monumentum, uti est, exemplatum jam dedit in opusculo, cui titulus *La bolla d'oro* (1). Alii vero ante et post ipsum plurimi archaeologi vel ex lapide ipso, vel ex alieno exemplari non ita diligenter ediderunt, Mazochius nempe Jacobus (2), Appianus (3), Gruterus (4), Muratorius (5), Donatus (6), Orellius (7). Illustrarunt autem Rutilius (8), Pancirolus (9), Gutherius (10), Barnabas Brissonius (11), Christianus Gothifredus Hoffmann (12), Janson ab Almeloveen (13), Lupi (14), Terrasson (15), Zirardini (16), Marini (17), Bouchaud (18), Du Cange vel Du Fresne (19), Forcellini (20), etc. Ast hanc ipsam de re funerali practiosissimam inscriptionem penitus praetereunt docti viri, qui de eadem illa re agunt apud Gronovium (21), et Grevium (22).

Litterarum forma in hoc monumento persimilis est scripturae speciminis fragmenti Sallustiani a Clariss. D. Majo editi in *Classicor. Auctor.* T. I, p. 416—420. Romae 1828, nec non specimini palimsesti *Actionis II. Ciceronis in Cajum Verrem*, ab eodem Clarissimo viro praeposito Tomo II ipsorum *Classicorum Auctorum*. Propterea, cum monumentum nostrum annum spectet CLV, sicuti ex Consulibus inibi signatis arguitur, consequitur et duos illos codices a Majo exemplatos saeculo saeculo probabiliter esse accensendos.

Nedum vero palaeographia, sed et philologia, juris scientia, domus Augustae officiorum notitia, atque fastographia quamdam ex hoc ipso monumento lucem accipiunt. Quod enim philologiam illustrandam attinet, eodem utuntur Forcellinius et Du Cange vel Du Fresne, prouti jam adnotatum est. Quod jurisprudentiam spectat, idem in medium advocant Brissonius, Hoffmannus, Terrassonius, Zirardinius, etc. Ad ipsum appellant de Officiis Domus Augustae agentes

(1) Pag. 71. Roma 1732.
(2) *Epigrammata* p. 132. Romae 1521.
(3) *Inscriptt.* p. 248. Ingolstadt 1534.
(4) P. 607, n. 1.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 572.
(6) P. 241, n. 1.
(7) T. II, p. 279.
(8) *Juris Consultor. vitae in Celso.*
(9) *Comm. in Notit. imperii Or.* c. 96.
(10) *De Officiis domus Augustae* L. III, c. 35, p. 27, et seqq.
(11) *Selectarum ex jure Antiquitatum* L. III, c. VII.
(12) *Hist. juris Rom. Justinianei Chronolog.* T. I, P. I, p. 409.
(13) *Fastorum Romanorum Appendix* p. 617.
(14) *Epitaph. Severae Mar.* p. 152.
(15) *Hist. de la Jurispr. Rom.* p. 45.
(16) *Imp. Theod. Junior. et Valentiniani III Novellae* leges p. 245-247.
(17) *Frat. Arv.* p. 8 et 487 *not.* 186.
(18) *Comm. sur la lois des douze tables* T. II, p. 253.
(19) Ad v. *Feretrum* et *Mesoleus.*
(20) Ad v. *Desiderium.*
(21) T. XI.
(22) T. XII.

Pancirolus et Gutherius, ut officia magistri et *pro-magistri caussarum requietionis* seu funerum, *et religionis*, aut viros qui causas hujusmodi ex auctoritate imperatoris curarent, in ea fuisse, adstruant. Demumque hanc epigraphen laudant fastographi Jansonius ab Almeloveen, Muratorius, et Marinius, ut anni CLV consules ordinarios et suffectos statuant.

Caeterum, quo ad hanc rem ipsam, animadvertendum est vocem ORDINALIS sive ORDINARIIS in marmore absque dubio respondere *Antio Pollioni et Opimiano*. Orellius tamen (1) contra fidem lapidis adnotat: *Ordinariis* junge cum *Severo et Sabiniano*. Adeas tamen Marinium (2).

Quis snspicari poterit *Velium Fidum* et *Jubentium Celsum* Christianos fuisse viros ex eo, quod ille hunc *fratrem* dicat in data ad ipsum epistola: ast quandoque etiam inter ethnicos haec locutio occurrit, neque aliud est, nisi blanda amici appellatio, sicuti ex collatis exemplis docet Forcellinius, et ad nostrum monumentum adnotat Zirardinius.

Hisce omnibus animadversis, non omnino inutile erit inscriptionis brevem paraphrasim addere.

Arrius Alphius Arriae Fadilae Domini Nostri Imperatoris Augusti Antonini matris Libertus dat Velio Fido sibi cognito libellum desiderii seu petitionis (3) transferendarum cinerum conjugis ac filii sui, novique, et alio in loco, via nempe Flaminia etc., construendi sarcophagi, ut ipsum mittat magistro causarum requietionis. Exemplum libelli dati jam intuenti patet. Velius Fidus igitur hunc mittit Jubentio Celso promagistro causarum requietionis et religionis, epistola addita, qua rem commendat, quam cito absolvendam, ne qua mora fieri videatur. Libello dato ab Arrio Alphio haec demum subscripsit annuens de Jure Manium pro imperatore pontifice promagister Jubentius Celsus: *Decretum. Fieri placet*, aut *Feretrum fieri placet* (4). *Jubentius Celsus promagister subscripsi III nonas Noembris* etc.

(1) T. II, p. 279.

(2) *Frat. Arv.* p. 487.

(3) Confer Ulpianum L. IV, § 5, ff. *de officiis proconsulis*; Gordianum Aug. in L. 2, c. *de errore advocat*; et Svetoninm in *August.* c. 53, nec non Forcellinium, quod significationem attinet vocis *desiderii*.

(4) Verba haec imperatoris Antonini manu scripta fuisse autumat Zirardinius. Gutherius autem animadvertebat quod « Ossa vel corpora non licebat domino loci effodere vel eruere sine decreto pontificum sive jussu principis ». l. Ossa D. de religiosis.

Jubentius autem iste Celsus filius fuisse videtur (1) *Jubentii Celsi* Jurisconsulti, cuius sententiae occurrunt in *Digestis*, quique secunda vice consul fuit anno 129 aerae vulgaris (2).

CX *In lapidis fragmenti opistographi una facie*

. . . .
. . . .
EADEM · FACERE · LICEAT · Q . . . .
NON · ERIT · TVM · QVANTI · E . . . .
EA · RES · IVSVE · EIVS · LOCI · Q . . . . .
INTER · ERIT · I · P · D · DQ · M . . . . . .
T · PINNI · HILARE · ET · A · TE · P · D . . .
HEREDIBVSQVE · VESTRIS · E . . . .
E · R · Q · D · A · P · P · HAEC · SIC · F . . . . .
STIPVLATVS · EST · C · ELEVR . . . .
SPOPONDERVNT · T · T · PINN . . . .
P · DECIMIVS · EPAGATH . . . .
ACT · VI · IDVS · M . . . .
L . IVLIO . VRSO · SERVIA . . . . .
L . FABIO . IVSTO . . . C . . .

Maffeius (3) et Donatus (4) hanc abruptam epigraphen dederunt. Donatus autem coniiciebat *L. Julium Ursum Servianum* et *Lucium Fabium Iustum* consules fuisse suffectos anno 102 vel 107.

CXI *In ejusdem fragmenti opistographi alia facie*

QVAM Q . . . .
ET · SINE · FINE · GEMVN*do* . . . . . .
DESINITE · O · MISERI LO*ngo* . . . . . .
ET · FLETVS · TANTOS . . . .
NON · EGO · SVM · SANCTIIS . . . . . .
SOLA · NEQVE · INMITI . . . .
VOS · SERTEIS · LAETI N . . . .
HOC · FVERIT · GRATV*m* . . . .

(1) Cardinali. *Diplomi Imperiali di privilegi accordati a' militari* p. 178. Velletri 1835, in 4.
(2) Stampa *Fasti* p. m. 685.
(3) *Mus. Ver.* p. 319, n. 6.
(4) P. 165, n. 3.

In sarcophago CXII

ΚΑΤ
ΠΡΟ · ΙΖ · ΚΑΛ
ΑΠΡΙΛΙΩΝ

Quidam *depositus ante XVII Kalendas Aprilis*, sive sero die XVI ante Kalendas Aprilis, hic indicatur. Ficoronius (1) monumenti exornati, in quo haec epigraphe insculpta est, exemplar dedit. Quo ad phrasin *ante diem*, confer, si lubet, Mazochium (2), et Lupium (3), et, quae sequuntur, Kircheriana alia exempla.

In manubrio seu collo vasculorum fictilium CXIII

1. C · CE · NVO
A · D · VII · EI · IV — Ante Diem VII EIdus IVnias
2. P · CLAVDIANI · PHILOCRATII
A · D · III K · NOVEMBRI
3. M · IVNI · A · D · XI
K · SEP

Plurimorum aliorum hujusmodi vasculorum inscriptiones et historiam ediderunt P. Lupi (4), et P. Baldini (5).

Tres tantum ineditas illas inscriptiones ego hic dedi; alias autem aliorum vasculorum similium in Museo Kircheriano extantium a Lupio habere poterit archaeophilus. Illas enim describere me studio afficeret nimio. Tantum adnotabo Lupium PIOTICA pro PLOTICA, non bene legisse.

Verba tectorio appicta CXIV

. . . . . . ΩΙΗΡΩΙΘΕΣΑΝΤΟΛΕΠΑν
. . . . . . ΟΝΕΔΟΣΚΑΤΜΕΝΟΤΔΩρ
. . . . . . ΓΕΝΙΗΣΑΝΤΙΤΑΔΕΙΣΒΙΟ
. . . . . . ΙΣΑΜΕΝΩΑΡΕΤΑΣΕΙΝΕ
. . . . . . ΛΟΓΟΣΩΙΣΘΕΝΑΡΗΓΤΜΝ
. . . . . . ΙΕΡΟΤΕΤΣΕΒΙΗΝ'Η

Edidit Lupi (6).

(1) *Maschere* p. 196, Tav. LXXVII.
(2) *Spicileg. Bibl. in Joan.* XII, 1.
(3) *Epitaph. Sev. Mar.* p. 76—98.
(4) *Epitaph. S. Sever.* p. 88, 98.
(5) *Dissertat.* inter *Saggi di Dissertaz. lette all'Accad. Etrusca di Cortona* T. II, Dissertaz. VIII.
(6) *Epitaph. Sever.* p. 41.

ωι ἥρωι θέσαντο δέπαν	. . . heroi posuerunt mensam
ὄνεδος καυμένυ δόρ	pudor ardentis don . .
νενειήσαντι τ'ἄδεις βίο	scienti foelicitatem virtute consequi
ἰσαμένω ἀρετάοειν ἐ	pubescenti dulces vitae
λόγος ὦσθεν ἀρηγ'ὔμν	sermo, videt ἀρηγ ὕμν
ἱεροτευσεβίην ἡ	sacrorum pietatem

CXV

In lapidis fragmento

. . . . . . ΟΑΟΝΤΟCΙΟΥΛΟΥ
. . . . . . ΚΑΘΟCΙΑCΒΙΟΥ
. . . . . . ΟΙΠΟΤΑΒΑCΚΑΝΕΔΑΙΜΟΝ
. . . . . . ΕΤΑΜΕC
. . . . . . ΚΟΥΦΗΤΑΚΥΑΕΙΝΩΙ
. . . . . . ΑΛΑΡΑΦΥΟΙC
. . . . . . CΟCΑΤΕCΤΙΚΑΤΙΝΔΟΥC
. . . . . . ΥCΑΔΡΟCΟC
. . . . . . ΦΙΑΟΝΕΝΔΟΘΙΚΕΙCΘΑΙ
. . . . . . ΟΥΧΙΓΟΩΝ
. . . . . . ΑΤΕΝΗΡΑΤΟΜΟΙΡΑΝ
. . . . . . ΩΦΡΟCΥΝΗ

. . . . { βοαοντος Ι'ȣ́λȣ	*clamantis Juli*
. . . . { οα ὄντος ἰȣ́λȣ	} . . *cum sit pubertas*
. . . . κάθ' ὁσίας βίȣ	*per sanctam vitam*
. . . . ὀίποτ' ἀβάσκανε δαίμον	*si unquam* aut *absque invidia deus vel genius*
. . . . ἔταμες	*scidisti*
. . . . κȣ́φητα κυάεινω	*levis quoad ceruleo*
. . . . αλ' ἄρα φύοις	αλ' *utinam producas*
. . . . ο' ὄσατ' ἐστὶ κατ' Ι νδȣς	*quot sunt apud Indos*
. . . . ὑσα δρόσος	ὑσα *ros*
. . . . φιλον ἔνδοθ ἰκεῖσθαι	φιλον *intro venire*
. . . . οὔκι γοῶν	*neque plorans*
. . . . ατεν ἠρᾶτο μόιραν	ατεν *execrabatur Parcam*
. . . . σωφροσύνην	*temperantiam*

INSCRIPTIONES ETHNICAE

SEPVLCRALES

Virorum, etiam militum, et mulierum lapidibus aut lapideis urnis insculptae, juxta familiarum ordinem alphabeticum distributae

CXVI

D · M
ARRVNTIA · CYRILLA
P · ACCIO · AGATHINO · CON
IVGI · B · M · FECIT

Bonanni (1), Montfaucon (2), Muratori (3), et Marini (4) inscriptionem ediderunt. Boissard vero, et Bonanni etiam monumentum, prouti est, exemplatum dederunt. Marinium (5) de inscriptionum accentibus quorum quidam in lapide sunt, loquentem adire juvabit.

CXVII

D M
AELIO · MAXIMINO MIL
COH · V · PR · P · V · EX · 7 · MONNI
QVI · VIX · ANN · XXX · MIL · XI · O
MNIBVS · EXPEDITIONIBVS · FVCTO · AV
RELIVS · SEXTIANVS · COMMANIPVLVS
ET HERES · EIVS · CONTVBERNALI RA
RISSIMO POSVI

Lineae tertiae siglas sic interpretor: *Cohortis Quintae Praetoriae Piae victricis ex centuria Nonni* vel *exercitatori centuriae Nonni.* Adponam hic aliam alii militis inscriptionem, quae in rure, olim Cardinalis Alberonii, extra Urbem visitur, et adhuc quod noverim inedita est. In ipsa occurrunt siglae COH . I . P . V . Ϛ, quae sic leguntur: *Cohortis primae Piae victricis, centuriae* Octaviani.

(1) *Mus. Kirch.* p. 94 et 120.
(2) *Antiq. Expl.* T. V, P. I. Planche XLIX.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1303, n. 1.
(4) *Frat. Arv.* p. 712.
(5) *Op. cit.* p. 709, 710.

M AVRELI HERCVLA
NI MIL COH I PR PVϛ
OCTAVIANI QVI MI
LITAVIT ANNIS VIII
VIXIT ANNIS XXX
CLAVDIVS MESSIANV
S COMMANIPVLVS
ET HERES
BENEMERENTI FECIT

CXVIII

M · AELIVS
APOLLONIVS
FABER TIGNVARIVS
MAG · IN · FAM · PRAEF · DEC
VIXIT · AN · LX

Muratorius (1), Odericius (2), et Zaccaria (3) hanc epigraphen jam dederunt. In ipsam autem adnotandum erit, quod M. Aelius Apollonius erat *faber tignuarius*, quem nos diceremus *falegname di grosso*, ac *magister in familia fabrorum*, *praefectusque* cujusdam fabrorum *decuriae*. Porro in decurias fabros divisos fuisse ex pluribus aliis inscriptionibus constat. Quin imo in inscriptione apud Gruterum (4) *septima* eorum *decuria* nominatur. Confer etiam Plinium (5).

CXIX

D · M
T · AELIVS · AVGG · LIB · SATVRNIN
PI . . . . BELGICAE
. . . . PROC
FISCI · LIBERTATIS · ET · PECVLIOR
TABVL · A · RATIONIBVS
TABVL · OSTIS · AD · ANNONA

Maffeius (6) jam ediderat hanc epigraphen *Titus Aelius Saturninus* inibi *procurator* dicitur *fisci* sive aerarii principis, ac *libertatis*, seu servorum manumittendorum, et *peculiorum* seu pecudum

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 936, n. 9.
(2) *Diss. sopra un' ant. iscriz.* p. 31; e *Diss. in aliquot Inscriptt.* p. 148.
(3) *Istituz. Antiq. Lapid.* p. 50.
(4) P. 237, n. 5.
(5) *Hist. Nat.* L. 34, c. 1.
(6) *Mus. Ver.* p. 319, n. 5.

aut gregum principis. In officiis porro domus Augustae varia fuere procuratorum genera. Constituebantur enim ab imperatoribus qui res aut privatas aut publicas, v. g., ludos, vectigalia, fiscum, annonam, rationes, etc. eorum nomine curarent. Idem vero Saturninus erat et *tabularius a rationibus*, quem nos diceremus *computista*, demumque *tabularius Ostiensis ad annonam*, qui nempe annonas Ostiae venales curabat.

CXX

M · AEMILIVS · PATROBIVS · L
M · AEMILIVS · SATVRNVS · L
AEMILIA · RESTITVTA · L
PATRONO · B · M
FECERVNT

Bonanni (1), et Muratori (2) ediderunt.

CXXI

C · ANTESTIVS
PHILARGVRVS
HAVE · ET · VALE

Maffei (3), et Muratori (4) ediderunt.

CXXII

Θ K
ΑΝΤΩΝΙΑΙ
ΣΥΝΒΙΩΕ · Κ · Ε
ΠΟΥΠΑ · ΙC
ΜΝΕΙΑΣ
ΧΑΡΙΝ

Lupius (5) jam dedit hanc epigraphen, quae latine ita sonaret: *Diis infernis* seu Manibus, *Antoniae convictricis* seu contubernalis *annorum XXV*, *Pupa in memoriae gratiam* posuit. Nomen vero *Pupa* occurrit etiam in duobus inscriptionibus latinis apud Muratorium (6).

(1) *Mus. Kirch.* p. 108.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 2084, n. 3.
(3) *Mus. Ver.* p. 320, n. 8.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 1784, n. 12.
(5) *Epitaph. Severae M.* p. 141.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 1239, n. 3; et p. 1273, n. 14.

CXXIII

· DIS MANIBVS
AVLIAE
EVTYCHIAE
VIXIT · ANNIS · XVIIII
A · AVLIVS · CERDO
LIBERTAE · BENE
MERENTI
POSVIT

Bonannius (1), Montfaucon (2), et Muratorius (3) inscriptionem dederunt. Bonannius praeterea et Montfaucon monumentum cum suis ornamentis repraesentarunt et illustrarunt. Male vero inscriptionem iidem protulerunt.

CXXIV

D · M
AVR · PRIMAE
B · M · M · AVR
MAXIMVS · MIL
ET · AVR · MV
CIANVS · FRA
TER · EIVS
NEGOTIANTES
BENEMERENTI
FECERVNT

Boissard (4) et Gruterus (5) dederunt.

CXXV

dIΓ MANIBVΓ A*urelio*
ANVBIONI · ET. . . . .
ΓIBI AVRELIO POTA*m* . .
FRATRI ET VLPIA . . . .

Cuicunque intuenti singularis videbitur huius inscriptionis palaeographia, quo ad litteram S formae graeci *gamma*, et ad litteram d parvam in initio. — Ex numine autem Aegyptio *Anubi* inibi occurrit *Anubio*, apud Gruterum (6) M. Aurelius *Anubion* Ve . ., et apud Muratorium (7) *Anubiacus*.

alia huius for[illegible] exempla vide [illegible] Inscr p 97 et Vermigl[illegible] Perug T II p 457

(1) *Mus. Kirch.* p. 93 et 119.
(2) *Antiq. Expliq.* T. v, P. i, Planche LIII.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1521, n. 7.
(4) *Antiq.* P. iv, p. 89.
(5) *Inscriptt.* p. 645, n. 8.
(6) *Op. cit.* p. 302, n. 2.
(7) *Inscriptt.* p. 67.

D · M CXXVI

M · AVRELIVS · AVG · LIB · BIT
PRAEPOSITVS · COCORVM
viVO · SIBI · ET · AVRELI · HEREd

Maffeius (1) edidit. Confer Forcellinium *Lexicon totius Latinit.* ad voc. *Cocus.*

HIC · SVM · BASsa · SITA · PIA · FILIA CXXVII
VIRGO · PVDICA · EXCEDER . .
CVNCTAS · INGENIO · REQVALIS
CVM · MIHI · BIS · QVINOS · ANNOS · MEA
FATA · DEDISSENT · VNDECVMVM · ME
NON · LICVIT · PERDVCERE · ANNVM
CVMQVE · PATER · MATERQVE · DEOS · PRO · ME
ADVLARENT · AT · SAEVOS · PLVTO · RAPVIT
ME · AD · INFERA · TEMPLA .
OPSIDE · ME · PARCAE · FINEM · FECISSE · VIDENTVR
CVM · ANTE · ALIOS · VERNAS · TRES · RAPVERE · MIHI
SI · QVIS · FORTE · MEA · GAVDET · DE · MORTE · INIQVA
HVIC · SIT · INIQVA · CERES · PERFICIATQVE · FAME
CAECINIAE · SEX · F · BASSAE

Maffeius (2) edidit.

In saxo e rure Ludovisio eruto CXXVIII

DIS MANI
BVS
CALPVRNIAE
LVCILIAE VIX
ANN. V
DIEB · III
L · CALPVRNIVS
CASTRENSIS

Confer Forcellinium ad v. *Castrensis* et *Castrensianus.*

(1) *Mus. Ver.* p. 319, n. 3. (2) *Mus. Ver.* p. 258.

CXXIX *Lapidis, denuo praveque insculptae, inscriptio prima, quam partim legere, partim argumentari post Marinium contigit*

D · CALPVRNIVS PYRRICHVS · M
FECIT · SIBI · ET · STLACIAE · VRANIAE · CONIV
GI · SVAE · BENEMERENTI · ET · CALPVRNIAE
LVCILLAE · FILIAE SVAE · ET · · · STLAC
CIAE MERENTI . . . . AE
ALVMNAE · ET · DOMINAE · SVAE · BENEMERENTI
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE · EORVM
VETO · NE · MOVĒAT · NEQVE · VENDANT · QVOD · SI · QVIS
EORVM · VENDERE · VOLET · INFERET · IN · AERARIVM · $\overline{X}$ · $\overline{M}$ · $\overline{N}$
VENDITOR · PARITER : ET · EMPTOR

Marinius (1) hanc inscriptionem profert. Siglae $\overline{X}$. $\overline{M}$. $\overline{N}$ *decem mille nummos* indicant.

CXXX

DIIS MANIBVS
CLAVDIAE
ANTONIAE
LIB · LACHNE
PHILIPPVS RVSTIAN
PVBLICVS · AB
SACRARIO
DIVI · AVGVSTI
CONIVGI · CARISSIMAE
FECIT · ET · SIBI

Muratorius (2) epigraphen edidit. *Publicus ab sacrario*, idest servus sive inserviens sacrario *divi Augusti*, dicitur iste *Philippus Rustianus*. Porro Augusto post ejus mortem consecratum locum in Palatino, ubi eius imago habebatur a Livia seu Julia ipsius uxore posita, scimus a Svetonio (3). Sacrarii igitur hujus custos et cunctorum sacrorum vasorum, quae ibi reposita erant, fuit *Philippus Rustianus*. Hic autem conditionis servilis non fuit, si duo nomina

(1) *Frat. Arv.* p. 521. Confer etiam *Iscriz. Alb.* p. 73, n. 4; et Cancellieri *De Secretariis* p. 1768.

(2) *N. Thes. Inscr.* p, 187, n. 3; et 893, n. 6.

(3) *Octavian.* c. v.

ei tribuuntur, et praecipue eo quod libertam conjugem habebat. Alium sacrarii Augusti custodem offert sequens inscriptio apud Muratorium (1) prostans.

M · LIVIVS CXXXI
AVGVSTAE · L
APHRODISIVS
A SACRARIO C . . .

n A SACRARIO CERERIS ? p. Mus. Veron. p. LXXXII. 2.

CL ARESCVSÆ CXXXII
CONLIBERTAE
CONIVGIQVE
SVAE
TI · CL · EPAGA
THVS · FECIT

Marinius (2) profert hanc epigraphen more suo diligenter: nisi quod pene ultimam lineam tantisper adauget contra quod est, lapsu forsitan calami. Adnotat vero haec in ipsam: *In una piccol' urna che vidi già nelle camere del defunto sacrista, ne' due lati sono scolpiti due tripodi con cortina, e sotto la iscrizione stanno due grifi alati.* Porro hujusmodi monumentum ipsum est Kircherianum, ex quo inscriptionem excripsi — Caeterum supra ex Kircherianis laterculis *Epagathum Claudium Quinquatralem* indicavi, qui forsitan idem vir fuit cum *Tiberio Claudio Epagatho* liberto.

In saxo e rure Ludovisio eruto CXXXIII
DIS MANIBVS
CLAVDIAE · ATTICIL
LAE · POMPEIA
BASSA · AMICAE

Subtus Protomen lapideam puellulae CXXXIV
MAMMA FECIT
CLAVDIAE HYGIAE
IVNONE (*sic*

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 909, n. 8. (2) *Iscriz. Alb.* p. 191.

Bonannius (1), Muratorius (2), et Lupius (3) hanc epigraphen dederunt et illustraruut — Nutricem alumnae suae *Claudiae Hygiae Junoni* titulum hunc posuisse exinde constat. Claudiam autem puerulam *Hygiam Junonemque* cognominatam cum Bonannio et Lupio dicerem ex geniis illi in tutelam assignatis. Eaque propter funebris rite habetur haec epigraphe. E contra vero Monroy apud Lupium ipsam sacram esse aestimabat.

CXXXV

DIS · MANIBVS
CLAVDIAE VICTORINAE
VIXIT ANNIS VI
MENSIBVS XI
DIEBVS XVI
PARENTES FILIAE
FECERVNT
sic) QVEM NON LIQVIT NOS
sic) FRVNISCI ·

Muratorius (4), et Odericius (5) jam protulerunt — Satis bonis litteris insculpta est inscriptio, in cuius fine legimus *Quem non liquit nos fruniscI* pro *qua non licuit nos frui.* Caeterum *fruniscI* et *frunita*, voces ex veteri latina lingua derivatas servatasque in populari sermone, ut docent Varro et Festus, legimus in aliis duabus inscriptionibus apud Muratorium (6).

(1) *Mus. Kirch.* p. 114.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1451, n. 2; et p. 2080, n. 3.
(3) *Dissertaz. elett. filol. antiq.* p. 87, et seqq.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 1150.
(5) *Diss. sopra un' ant. iscriz.* p. 55. Roma 1556; et *Dissertatt. in aliq. inscriptt.* p. 164.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 1570, n. 11; et p. 1956, n. 9.

In lapide extra veteres portas Appiam aut Latinam reperto, in cuius summa facie tres personae opere anaglypto CXXXVI

D M

TI . CLAVDIVS . ESQVILINA . AVG . TIBERINVS

HIC SITVS EST . FECIT TAM PIA HYGIA MATER FILIO PIENTISSIMO.

TV QVICVMQVE MEI VENERIS PROPE LIMINA BVSTI

SVPPRIME FESTINVM QVAESO VIATOR ITER.

PERLEGE SIGNVM . QVAM DOLEAS PRO FVNEBRE ACERVO.

INVENIES TITVLO NOMINA FIXA MEO . ROMA MIHI PATRIA EST . MEDIA

DE PLEBE PARENTES . VITA FVIT NVLLIS TVNC VIOLATA MALIS.

GRATVS ERAM POPVLO QVONDAM NOTVSQVE FAVORE . NVNC SVM DE FLETI PARVA

FAVILLA ROGI . QVIS BONA NON HILARI VIDIT CONVIVIA VOLTV

ATQVE MEOS MECVM PERVIGILARE LOCOS . QVONDAM EGO PIERIO VATVM

MONVMENTA CANORE DOCTVS CVCNEIS ENVMERARE MODIS

DOCTVS MAEONIO SPIRANTIA CARMINA VERSV DICERE CAESAREO CARMINA NOTA FORO.

NVNC AMOR ET NOMEN SVPER EST DE CORPORE TOTO QVOD SPARGIT LACRIMIS

MAERENS VTERQVE PARENS . SERTA MIHI FLORESQVE NOVOS MEA GAVDIA PONVNT

FVSVS IN ELYSIA SIC EGO VALLE MOROR . QVOD MEAT IN STELLIS ERIT HIN QVOD PEGASVS ALES

TOT MEA NATALES FATA DEDERE MIHI

Ficoroni (1), Muratori (2), Bonada (3), et Donati (4) dederunt hanc viri poetae aliunde ignoti epigraphen. In lapide puncta ipsi insunt inter omnia singula verba: ego vero aliquibus tantum in locis ratione sensus facilioris signavi — « *Tiberius Claudius, Exquilina tribu, Augusti,* scillicet libertus, *Tiberinus,* in vivis fuit « sub Tiberio Claudio Augusto. Ars illi fuit cantus carminum ve- « terum poetarum praecipueque Homeri ad potentium convivia. Per- « sonatum incessisse persuadent tres in marmore insculptae per- « sonae. Atque id mos poscebat, quod pluribus confirmari poterit « exemplis ». Haec Muratorius. Ficoronius vero quae sequuntur lectu digna et ipse adnotabat Italice scribens: *Questo pregiato monumento ci dà la notizia di un poeta Romano, chiamato* Tiberio Claudio Tiberino, *il quale fu, per quanto credo, liberto di Tiberio Claudio Augusto, e nacque probabilmente in Roma nella servitù de' genitori, per quanto pare che dia arguire quel nome di* Tibe-

(1) *Maschere* p. 22.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 655.
(3) T. II, p. 263.
(4) P. 243, n. 1.

rino, *ridotto poi a cognome nella libertà e cittadinanza ottenuta. Era della tribù* Esquilina, *una delle quattro* Urbane, *nelle quali come meno nobili delle* Rusticane *solevan mettersi da' Censori i servi posti in libertà — Le tre maschere scolpite a basso rilievo nel principio dell'epitafio dimostrano la poesia di questo recitante, che fu gratissimo al popolo ascoltatore dei di lui versi, i quali recitava non meno nei conviti che nel foro di Cesare, il quale situato presso la via sacra ornata di stupendi tempj aveva un continuato corso di popolo. Gli anni di questo poeta sono enunciati nel fine dell'epitafio nel numero delle stelle del Pegaso*

Quod meat in stellis deit hin quod pegasus ales
Tot mea natales fata dedere mihi.

Io non m'intendendo di astronomia, gli potran ritrovare gli eruditi. Ptolemaeus *Paegaso* xx stellas assignat.

CXXXVII

DIS · MAN
CLODIAE · M · ET · ƆL
FORTVNATAE · FECIT
M · CLODIVS · TROPHIMVS
CONIVGI · BENEMER

Bonannius (1), et Muratorius (2) dederunt hanc epigraphen.

CXXXVIII

D · M
CLODIVS · TROP
HIMVS · PATRON · F
P · CLODIO · APRILIS (*sic*
B · M

CXXXIX

In lapideo cippo

CN · CORNE
LIVS · CN · F
AN · BASSVS

Subsequitur alia inscriptionis pars. Interest autem anaglypto opere caput bovis floribus infulatum.

(1) *Mus. Kirch.* p. 95 et 121. (2) *N. Thes. Inscr.* p. 1330, n. 3.

DECEM · ET · OCTO · ANNORVM · NATVS
VIX · INNOTVI · CNAIVS · PAVLI
ANVS · AEQVE · AMICIS · OMNIBVS · SO
CEALIS · LVDÀS · HORTOR · HIS
TVM IWI · EST · SEVERITAS
POSVIT · FORTVNATVS SER

[marginal note: IN TVMVLO EST SEVERITAS]

Defunctus *Gnaeus Cornelius Gnaei filius Aniensi* (Tribu) *Bassus Paulianus decem et octo annorum a Fortunato servo,* qui monumentum posuit, ita viatorem legentem adloquens induci videtur: *Aeque amicis omnibus socealis ludas hortor. His tum* IVVI *(mihi) est severitas.*

CXL

D · M
CORN · HLI · E *(sic*
TEBALDI
PATR · F.

[marginal note: CORNELIAE TEBALDI PATR. F.]

Bonannius (1), Muratorius (2), Montfaucon (3), et Donatius (4), omnes tamen a vera lectione, quam protuli, abhorrentes ediderunt hanc epigraphen. Bonannius praeterea et Montfaucon monumentum cum suis ornamentis repraesentarunt, istaque illustrarunt. Inscriptionem sic legerem: *Dis Manibus Corneliae Tebaldi Patroni filiae.*

CXLI

DIS MANIBVS
TI · CVRIATI
HILARI
DECIMIA THAIS
CONIVGI ET
CVRIATIA PIA
PATRI
PIISSIMO
FECERVNT

(1) P. 91 et 116.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1456, n. 4; p. 1662, n. 13; p. 2080, n. 8.
(3) *Antiq. Expliq.* T. v, P. 1, Planche LXXIV ad p. 92.
(4) *Thesaur. Murator. suppl.* p. 357, n. 12.

CXLII

D · M
DIOGENE AVG
SER · EX · DISP
AELIA · DION · E — *sic*
COIVGI BENE
MERENTE

Inscriptio edita est a Vignolio (1), a Lupio (2), et a Muratorio (3). Ad eam vero conferre juvabit alias collatas ab Odericio (4). Ad grammaticae leges redacta sic erit: *Diis Manibus. Diogenes Augusti Servus ex dispensatoribus Aeliae Dionisiae* aut *Dioni Conjugi Benemerenti.*

CXLIII

DOMATIA · I · L
ZOSIMA
VIXIT · ANNOS · XII
* DONATIA · I · L · LEVCADIA · MATER (* *aut* DOMATIA)
MORTVA · EST · POST · BIENNIVM
DIE · NATALI · FILIAE · SVAE
VTRAEQVE · HIC · SEPVLTAE · SVNT

Maffeius (5), et Morcellius (6) ediderunt. Siglae I . L vel L . L ., que bis occurrunt, indicabunt *Iulii Libertam*, aut *Lucii Libertam.*

CXLIV

SI · QVIS · FORTE · LEGIT · TITVLVM · NOMENVE · REQVIRIT
DORCHADIS · INVENIET · OSSA · SEPVLTA · LOCO
DVM · VIXI·FVI · CARA · VIRO · NVNC · MORTVA · QVAEROR
SAT · FELIX VIDEOR · SI · MODO · FAMA · MANET
CONIVX · THYMELIVS · CONIVGI · FECIT · SVAE

Nomen Graecum *Dorchas* (latine *caprea*) et in aliis inscriptionibus occurrit. Quin imo et in *Actibus Apostolorum* IX, 36 legimus: *In Joppe fuit quaedam discipula, nomine Tabitha, quae interpretatur Dorcas.*

(1) *De Col. Anton.* p. 276.
(2) *Epitaph. Severae M.* p. 144.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 897, n. 5.
(4) *Dissertatt. in aliquot inscriptt.* p. 190 et 231, Tab. IV.
(5) *Mus. Ver.* p. 259.
(6) *De Stylo* p. 336.

HAVETE · ANIMAE · BONAE CXLV
FINITVM · EYHODIAE · FATVM
QVI CONSPICIS · HOSPES
DESINE · MIRARI · CORPVS
INANE · IACET · EVHODVS VT
VALEAT · PATER · OPTVMVS · OPTO

D M CXLVI
FIRMAE
OVINIORVM
CONIVGI · BENÆ (*sic*)
MERENTI · FECIT
OVINIVS
THAMYRVS

Vignolius (1), Bonannius (2), et Muratorius (3) ediderunt epigraphen. Ipsi in monumento imminet aquilae imago anaglypto opere insculpta, quae in quam plurimis sepulcris item insculpta invenitur, ob religionem qua antiqui ethnici Iovem, cui avis illa sacra erat, colebant, ut propitium deorum principem sibi post obitum haberent, inquit Bonannius.

DIIS MANIBVS CXLVII
T · FLAVIO · SECVNDO
AVSCIA · SECVNDA · CONIVGI
SVO · BENEMERENTI · FECIT

Bonannius (4), ac Montfaucon (5) monumentum inscriptionem hanc proferens exemplarunt. Edidit praeterea et Muratorius (6) inscriptionem ipsam.

(1) *De Col. Traj.* p. 179.
(2) *Mus. Kirch.* p. 113.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1340, n. 1.
(4) *Mus. Kirch.* p. 94 et 120.
(5) *Antiq. Expliq.* T. v, P. 1, Planche L ad pag. 76.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 1346, n. 1.

CXLVIII

D M
FRVCTO · AVG · N · A · DIVI
TADVL · ARAI · M · F · C
QVI VIXIT ANNIS
XXI DIEBVS VII
FORTVNATVS FRA
TER ET CONLEGA
FECIT

Maffeius (1) inscriptionem dedit, quae a me diligenter ex lapide excripta est. Insculpendum fuisse putarem ADIVT . TABVL . A . RAT . atque ita interpretandum: *Diis Manibus. Fructo Augusti nostri tabularii a rationibus adjutori M.... F.... C.... qui vixit annis* XXI *diebus* VII *Fortunatus frater et conlega fecit.* Munus illud *adjutoris tabularii a rationibus (ajutante del computista o del ragioniere)* constat etiam ex epigraphe apud Marinium (2).

CXLIX *In saxo in quo vir et mulier iungentes foedere dextras, ac puerula in medio sculpta*

HONOR AMOR VERITAS

Monumentum istud Kircherianum rudem artem ostendit, ac videtur ab alio elegantiori, quod in museo Vaticano *(Corridore delle Lapidi)* servatur, desumptum. In huius autem Vaticani monumenti summitate praeter dicta verba legitur adhuc FIDEI SIMVLACRVM. Boissard (3) et exinde Montfaucon (4) Vaticanum hoc ipsum monumentum exemplatum dederunt, elegantius tamen eo quod est, atque in vestium ornamentis (spectato saltem exemplari Kircheriano) non nihil immutatum. Praeterea sub ipso suppedaneum saxum inscriptione ornatum ipsi suppositum effinxerunt, quod nunc neque sub Vaticano neque sub Kircheriano exemplari amplius conspicitur: Inscriptio haec est.

(1) *Mus. Ver.* p. 319, n. 7.
(2) *Iscriz. Alb.* p. 125.
(3) *Antiq. Rom.* P. v, p. 36.
(4) *Antiq. Expl.* T. v. P. 1, Planche LII.

D · M · S CL
T · FVNDANVS EROMENVS VIVVS
FECIT SIBI ET POPPAEAE DEMETRIAE
CONIVGI KARISSIMAE ET MANI
LIAE EROMENIDI ALVMNAE ET
ET LIBERTIS LIBERTAB · POSTERISQ · EOR

Montfaucon adnotat, quod vox AMOR in summitate monumenti insculpta cognomen Titi Fundani quod est *Eromenus* sive *Amatus* et cognomen ejus Alumnae Maniliae, *Eromenidis* nempe sive *Amatae*, innuere videtur. Ast si epigraphe superius propositum monumentum non spectat, quid haec sunt?

D M CLI
FVRI FELICIS
CLAVDIA
SYMPHERVSA
CONIVGI · OPTIMO · ET
ALEXANDER · ET
AGATHEMER
LIBERTI · PATRONO
B · M · FECER

Edidit Maffeius (1).

DIS MAN CLII
GELIAE
NOMENT*anae*

GNOME PIERINIS CLIII
ANCILLA ORNATRIX
ELATA EST AD V K H (*sic* H *pro* FE
BRVARIAS IMP CAESA
sic) R XIII PLAVTIO SILVANO COS

Muratorius edidit hanc epigraphen (2), in eamdem adnotans, quod « Inconditis rudibus characteribus in marmore sculpta fuerat,

(1) *Mus. Ver.* p. 259. (2) *N. Thes. Inscr.* p. 248.

« quamquam Augusti saeculo (1) nata, ita ut videas eruditorum « judicia non satis firma interdum esse, quum ex venustate aut de« formitate characterum aetatem marmorum coniiciunt. Nullo um« quam tempore desiderati sunt periti atque imperiti artifices ».

CLIV

D · M
Q · HERENNI
Q · F · FELICIANI
FILIO
DVLCISSIMO
PATER · POSVIT

Edidit Gruterus (2).

CLV

D · M · P · MATTIO
HERMETI · SENI
FLAVIA · SPES
COIVGI · B · M
FECIT

Bonannius (3) et Montfaucon (4) monumentum cum suis ornamentis atque inscriptione repraesentarunt. Muratorius etiam (5) inscriptionem protulit.

CLVI

D · M
HILARO · VIX
ANN · II · M · X · D · XVI
IVLIA · MARGARIS
MAMMA · POSVIT

Muratorius (6) protulit inscriptionem hanc. Liceat in eam adnotare, quod alia *mamma* seu *nutrix* superius lecta est.

(1) An. U. C. 552, Chr. 6.
(2) *Inscriptt.* p. 686, n. 14.
(3) *Mus. Kirch.* p. 92 et 119.
(4) *Antiq. Expl.* T. v. P. 1, Planche LXXXIV.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 1375, n. 7.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 1468, n. 9.

CLVII

Θ K
ΙΟΥΛΙΑΙ ΑΜΜΙ
ΑΙ ΘΥΓΑΤΡΙ
ΓΛΥΚΙΤΑΤΙ
ΙΟΥΛΙΟΙ ΘΕΟ
ΦΡΑCΤΑC ΚΑΙ
ΑΠΑΜΑ ΓΟΝΕΙC

Inscriptio haec jam edita fuit a Muratorio (1). Sic latine sonat: *Diis infernis. Juliae Ammiae filiae dulcissimae Julii Theophrastes et Apama parentes* posuerunt. Apud Muratorium (2) extat haec alia. *D. M. C. Julio Eutycheti Julia Ammias marito optimo et sibi viva posuit.*

CLVIII

D M
IVLIA CARMOST
IVI . . . COGI

Supra inscriptionem efficta est opere anaglypto puerula, bullam collo suspensam ferens, et avim manu dextera sustentans, in lecto decumbens, atque hinc et inde cygnus.

CLIX

DIS MAN
IVLIAE HELPIDI
BENE MERENTI
VIX · ANN · XXX

CLX

DEC · XII
C · IVLIVS
CYTHISVS
COLLEG · SCABILLA

Ficoronius (3) et Muratorius (4) dederunt hanc epigraphen.

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 1174, n. 11.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1360, n. 11.
(3) *Delle Maschere* p. 173.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 529, n. 2.

CLXI

. . . .
ET IHVRI · VRIIS
sic) LY · DE COLLEGIO
SCABILLARIORV
D · X

Ficoronius (1), Muratorius (2), et Mazzochius (3) inscriptionem hanc ediderunt. Ficoronius vero et ex eo Mazzochius in ejus initio legebant PVBLIVS: quod ego non legi. Mazzochius praeterea inibi quemdam *Etheum Uriam* nominari ariolabatur. Quoad *scabillarios* autem, tibicinae qui in scaenis etiam scabilla pedibus pulsabant, ut repraesentantur a Spon, a Montfauconio, a Rudbeckio, *scabillarii* dicebantur. Conferri poterunt in hanc rem Donius (4); et Forcellinius ad voces *scabellum* et *scabillarii*. Et ipsi *collegium*, quod in varias *Decurias* dividebatur, efformabant. Hinc eorum *Decuria* IIII in inscriptione apud Donium (5); in nostris hisce duabus tabulis *Decuriae* X et XII; in alia demum apud Muratorium (6) *Decuria* XVI. An vero hae tabulae sint votivae aut funebres doctiores videant. Ego eas funebres aestimarem.

CLXII

D · M
M · IVL
EVCHOME
NO IVLIA ·
EVTYCHIA
MARITO
OPTIMO · F · SIT
T · T · L

In fine ita legendum: *Fecit.* Sit *Tibi Terra Levis.*

CLXIII

D M
IVLIAE EVODIAE
FLAVIA · NAIS
COGNATA
ET · IVLIA · RESTITVTA
LIB · PATRONAE · B · M · F
H · M · D · M · A · B

(1) *Delle Maschere* p. 173.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 529, n. 3.
(3) *Spicileg. Bibl.* T. II, p. 154.
(4) *Insc. Class.* VIII, n. 42 *nota.*
(5) *Loc. cit.*
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 529, n. 1.

Monumenti faciem cum ejus inscriptione repraesentarunt Bonannius (1), et Montfaucon (2). Muratorius etiam solam inscriptionem edidit (3) — Litterae in fine sic interpretantur: *Benemerenti fecit. Huic monumento Dolus Malus Abesto.* Quae adpraecatio tota exprimitur in aliis titulis apud Muratorium (4).

CLXIV

D · M
IVLIAE
MARCE
LINAE · M
CAECILI
VS VRSI
O FECIT
COIVGI
BENEME
RENTI

Maffeius (5), Bonannius (6), et Muratorius (7) ediderunt.

CLXV

IVLIA · METHE (*sic*
HIS FORIBVS CARAE
RECVBANT · MIHI · CONIVGIS · OSSA
EXPECTANQVE (*sic*) SVIS · VT · MEA
CONTRIBVAM
TOSSIVS (*sic*) ISTA · TIBI · PRO · ME · SIT
SAEPE · PETENTI · PRAESTABIT
MANIS (*sic*) SI · MODO · TANGIT
AMOR

Muratorius (8) edidit.

CLXVI

DIS M
IVLIAE
PROCVLAE
ET IVLI GLY
CERI

(1) *Mus. Kirch.* p. 91 et 117.
(2) *Antiq. Expl.* T. v. P. 1, Plán. 118.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 2088, n. 1.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 726, n. 9; p. 1329, n. 11; p. 1385, n. 7.
(5) *Mus. Ver.* p. 259.
(6) *Mus. Kirch.* p. 107.
(7) *N. Thes. Inscr.* p. 1356, n. 6.
(8) *N. Thes. Inscr.* p. 1356, n. 7.

Malvasia (1), et Muratori (2) dederunt.

CLXVII

D · M
IVLIAE · T · F
LAIDI

CLXVIII

D · M
M · IVLIO
MARCIANO
V · A · V · M · XI · D · XVIII
M · IVLIVS
ARIARATHES · PATER
CLAVD · AMABILIS
MATER · FILIO · FECIT

Edidit Marinius (3), qui et aliam inscriptionem protulit (4), in qua *Diis Manibus Ariarathes Holitoris*, etc.

CLXIX

D M.
T · IVLIO · VRBANO
VIX · AN · XXVIII
T · FLAVIVS E CHION
F · PIISSIMO · F

Muratorius (5) dedit.

CLXX

D · M · IVNIAE SP · F · PRISCAE

Subtus inscriptionem opere anaglypto efficta est aquila, pedibus fulmen, ore coronam, tenens.

(1) *Marm. Felsin.* p. 546.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1691, n. 14.
(3) *Fratelli Arv.* p. 530.
(4) P. 259.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 1180, n. 3.

D · M · S
M · LAELIO · AFRICANO
M · LAELIVS · AFRICANVS
ET · FLAVIA · OPTATA · PARENTES
B · M · F
QVI · VIXIT · ANNIS XXI · M · VI · D · X

CLXXI

HOELO CHARI

MVSICVS IN CANERE DOCTE CANTARE SOLEBAT
ACCEPTVSQVE NIMIS MVLTIS MAGNIFICO INGENIO
RECEPTVS INTER IAVIORES * PRIOR * *pro* IVNIORES
CELEBRI FAVORE ARTEM EXPONENS SVAM
VT QVMS DEDERET AVRES SVAS MIRIFCO INGENIO
SVPER CANENTES CARMINE DOCTILOQVO

Maffeius (1) edidit hanc inscriptionem.

LARCIA SP · F
SYNEROSA

CLXXII

Circum manubrium seu collum
vasis fictilis, formae cunei obtruncati

CLXXIII

IƎИIAƆ · I+Ǝ+ · AIOꟼA+

Etrusca haec inscriptio latine sonaret sic:

LARTHIA · TITIA · CAINIA

Apud Fabrettum (2) haec alia inscriptio occurrit

CAIENIA
CAIENIA
IVSTINA

et apud Boldettum (3) haec alia Christiana ex coemeterio Callisti et Praetextati exhibetur.

(1) *Mus. Ver.* p. 294.
(2) C. IX, n. 90.
(3) *Cemeter.* p. 419.

SEMPRONIA CAIANE IN PACE
BYRGA *seu Virgo*

In capsa cineraria fictili Mus. Kirch.



Larcna Furna nata

CLXXIV C · LOLLI · C · L
ONESIMI
OLLAE II

CLXXV LVCRINAÉ IVCVNDÆ
P · LVCRINVS · P · L · THALAMVS
A · CORINTHIS · FABÉR
LOC · ENPT · EST X Ψ M̄ ARGÉNT
SIBI · ET · SV · POS

Lipsius (1), Muratorius (2), et Marinius (3) ediderunt. Signa X Ψ M̄ indicant *Denarios decem millia monetae argenteae.* — Apud Muratorium est inscriptio (4) cum hac conferenda. Illud *A corinthis*, adnotante Muratorio, indicat virum, cui cura commissa erat *vasorum Corinthiorum.* Quoad accentus, Marinius (5) ipsos in monumentis, ab Augusto plerumque ad Trajanum usque insculptis, occurrere animadvertit.

CLXXVI L · MANILI · C · F
GAL · HISPANI · MILITIS
COH̄ III̅ · PR

Adponam hic alii militis inscriptionem deficientem:

(1) P. 106, n. 18.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 963.
(3) *Fratelli Arv.* p. 712.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 930, n. 10.
(5) *Fratelli Arv.* p. 710.

. . . . CLXXVII
MIL · AN · XX · VIX · AN
XXXVII · D · VIBIVS
SVRIO · ET · C · CARMINI
VS PRISCVS · HERED

*Marce*LLO AVG · L CLXXVII
. . . . . . O · STRVCTORI
· · · · · · *F*ELICVLAE

D M CLXXIX
MELITONI

Monumentum, uti est, genio facem extinguente, pueri protome, et inscriptione ornatum, repraesentatur a Bonannio (1). Etiam Muratorius (2) inscriptiunculam protulit.

MEROE · FELIX CLXXX
VIXIMVS · ANN · XXXV
SENI · STOMACO
TI · CLAVDIVS · AVG · L
DIOMEDES
CONIVGI · BENEMERENTI
ET · SIBI · ET
TI · CLAVDIO · STRENVO
L · ET · F · ET
TI · CLAVDIO · SOTERICO
L · ET · FRATRI · ET
CRATINO SVO
MERENTIBVS

D M CLXXXI
MVNNIORVM
VRBANI · ET · CELERIS
MVNNIVS · FLACCVS
PATER · FILIIS · B · M

(1) *Mus. Kirch.* p. 94 et 121. (2) *N. Thes. Inscr.* p. 2097.

Bonannius (1), et Muratorius (2) dederunt.

CLXXXII MYRTA L · F · VIXIT
ANNOS IX
QVAE · SIBI · DOLOREM · IRIPVIT · ET · MATRI
DEDIT · NIMIVM · PROPERANS · AD · FRATREM
PHILOSTER · CVM · SVOM

CLXXXIII D · M · S
TI · CLAVDIVS
NESIO
EVTHYCVS
PATER · FILIO
SVO · FECIT

D · M · S
CLXXXIV NICOSTRATVS
VIX · ANN · LII
PIVS IN SVIS
H · S · E · S · T · T · L

Bonannius (3), et Muratorius (4) ediderunt hanc epigraphen. Ultimae lineae siglas jam superius explicavimus in nota ad N. CLXII.

CLXXXV . . VMISIAE MA
. . MILLAE · V · V
. . . \X · TI · IVL · BAL
. . . LLVS · S · SOLIS
. . . ΞD · IDI

Gruterus (5) ex integro profert hanc inscriptionem sic:

(1) *Mus. Kirch.* p. 94 et 121.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1192, n. 2.
(3) *Mus. Kirch.* p. 107, 114.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 2094, n. 7.
(5) *Inscriptt.* p. 310, n. 6.

NVMISIAE MA
XIMILLAE · V · V
MAX · TI · IVL · BAL
BILLVS · S · SOLIS
DED · IDIB · IAN
L · ANNIO FABIANO
M · NONIO MVCIANO COS

Juxta Gruterum et Muratorium, consules in epigraphe nominati fasces tenuerunt anno U. C. 954, seu Christi Domini 201.

CLXXXVI

OCTAVIA . L . ET . Ɔ . L . ARBVSCVLA
V . A . XXIII . ET . MENSENS X
TVCCJA . Ɔ . L . VRBANA . MATER . EIVS
TERMINVS . EST . VITAE . NOSTRAE . TERTIVS . ET . VICENSIMVS
ANNVS . CVM . ME . FLORENTEM . MEI . COMBVSSERE . PARENTES
VIX . EGO . DVM . LICVIT . SVPERIS . ACCEPTIOR . VNA
QVOI . NEMO . POTVIT . VERBIS . MALEDICERE . ACERBIS
CRVDELE . PATER . FVNVS . NATI . VIDISSE . VIDERIS
ET . PIA . COMPLEXA MATER . SPOLIATA . SENESCENS
AT TV . DVLCIS . SOROR . EXTINCTO . ME . SOLARE . PARENTES
CRVDELIS . PLVTON . NIMIO . SAEVITE . RAPINAE
PARCE PRECOR . NOSTRAM . IAM . LACERARE . DOMVM
TE . LAPIS . OPTESTOR . LEVITER . SVPER . OSSA . RESIDAS
NE . NOSTRO . DOLEAT . CONDITVS . OFFICIO
DESINE . IAM . FRVSTRA . MATER . MEA . DESINE . FLETV , TE
MISERAM . TOTOS . EXAGITARE . DIES˙.
NAMQVE . DOLOR . TALIS . NON . NVNC . TIBI . CONTIGIT . VNI
HAEC . EADEM . ET . MAGNIS . REGIBVS . ACCIDERVNT

cfr. Murat. p. 1499. e Cardinali Iscr. Velit. p. 122. et Marini Arvali p. 494

Muratorius (1) edidit.

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 1551.

CLXXXVII

OPPIAE · C · L
THEANON · S (*sic*
OSSA · HIC
SVNT · SITA · AD (*sic*
VII · K · IVL
GN · LENT · M · CRASS · COS

Vignolius (1), Lupius (2), Muratorius (3), et Morcellius (4) ediderunt. Quoad litteras AD, forsitan interpungendae erunt, ut indicent *Ante Diem*. Confer nostram notam ad N. CXII. — Consules in inscriptione signati indicant annum Christi Domini XIV.

CLXXXVIII

D · M
PASARINO
VIXIT · AN · XXXV
FORTVNATA
COIVGI BENE
MERENTI FECIT

CLXXXIX

D · M · PASSIENAE
CHRESTE
L · PASSIENVS
AELIVS
MATRI · B · M · F ·

Bonannius (5), et Muratorius (6) protulerunt.

CXC

D M
L · PETRONIO
MERIMNO · PETRONIA
AVRELIANE
FILIA · PIISSIMA · PATRI
B · M · F

Bonannius (7), et Muratorius (8) ediderunt.

(1) *Inscriptt. Selectae* Class. III, p. 331.
(2) *Epitaph. Sev. Mar.* p. 84.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 290, n. 1; et p. 296, n. 4.
(4) *De Stylo* p. 339.
(5) *Mus. Kirch.* p. 114.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 2066, n. 10.
(7) *Mus. Kirch.* p. 95 et 121.
(8) *N. Thes. Inscr.* p. 2087, n. 12.

. . . . . PHOEBO · MARCIAE CXCI
. . . MAXSIMI · AD MARGARITA
*E*T · ARESCVSAE · VICARIAE
EIVS
*CL*YMENVS CONLEGA

Maffeius (1), Marinius (2), et Orellius (3) dederunt hanc epigraphen. Regio *Ad Margarita* vel *ad Margaritarios*, esse debuit illa, in qua *margaritarum* venditores suas officinas habebant. Apud Gruterum (4) nominatur *C. Aspanius Clumenus* . . . . *Margaritarius.*

AB · Q · PLARIO CXCII
CHRESTO
C · NVMITORIO
GLYCONI

Muratorius (5) dedit.

D M CXCIII
POMPEIAE · FVTHE
NIAE . FECIT · SO
ROR · BENEMEREN
TI

Muratorius (6) edidit.

D M CXCIV
POTHO
DONATA
CONIVG SVO
BENEMER · FEC

DIS MANIBVS CXCV
L · POMPON
M · VLPIVS AVG · L
CRITONIANVS
PATRI
OPTIMO

(1) *Mus. Ver.* p. 257.
(2) *Fratelli Arv.* p. 269.
(3) T. 1, p. 493.
(4) *Inscriptt.* p. 1116, n. 9.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 1726, n. 7.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 1490, n. 7.

CXCVI

D M
PVBLICIAE
PHOEBADI
DOMINAE
BENEMER
POEDEROS SER
IN FRO · P · VI
IN AGRO · P · V

Muratorius (1) dedit.

CXCVII

ϹΑΤΟΥΡΝΙΝ
ΦΙΛΟϹΕΠΟ
ΝϹΕΑΥΤΟΥ

Saturninus amicus . . . . sui ipsius.

CXCVIII

P · STATIVS · HOSPES
VIX · ANN · XXVIII
STATIA · APHRODISIA
V · A · XI · ISIDORVS
FILIAE · PIISSIMAE · FECIT

CXCIX

Circa vasculum fictile

ϹΕΞΤΟϹ ΚΛΩΔΙΟϹ
ΔΕΚΟΜΟΥ ΛΙΒΕΡΤΙΝΟϹ
ΑΝΤΙ ΔΙΟΝ ΤΕΡΤΙΟΝ ΝΩΝΑΙϹ

Vasis superficies in fine inscriptionis fere ostendit vestigium litterae E . Hac supposita, ita latine inscriptio redditur: *Sextus Clodius Decimi* (filius) *Libertinus Ante diem tertium nonas septembris* vel *sextilis.* — Muratorius (2), Lupius (3), et De Correriis (4) dederunt epigraphen. — Confer nostram notam ad N. CXII.

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 1555, n. 13.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1454, n. 2; et p. 1531, n. 2.
(3) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 89.
(4) *De Sessorianis . . . reliquiis* p. 210. Romae 1830.

L · SILIVS · PILIIRO CC
VIIIVIIR . L · L
SILIA · IIRIIS · V
IIIVIIT · DVAS R
OLAS · IIRIIT PAT

Rudibus litteris insculpta est haec inscriptio, prouti ipsam diligenter descripsi. Eam sic interpretabor: *Lucius Silius Philero Venerii Libertus, Lucia Silia Eres Veneria emit duas rudes ollas Ereti Patrono.* « Cajus Tadius Caii Libertus Philero » occurrit in inscriptione Brexellensi apud Cl. Cavedoni (1).

D M CCI
M · TERENTI
MVLIERIS LIBERTI
RESTITVTI VIXIT
ANNOS VIGINTVNVM

D M CCII
T · TERENTIO · TITVLLO · LEG
XXII · PIAE · FIDELIS · MIL · ANN
XXXI . VIX . ANN . LIII . D . XXVII
TERENTIVS · NAREDYMVS
TERENTIVS · SYNTYCHE
TERENTIVS · PRISCVS
TERENTIVS · CANDIDVS
TERENTIVS · LASCIVOS
TERENTIVS · EPAPHRODYTVS · LIB
PATRONO B · M · F · NAREDIMVS · DE · SVO · QVOD
POTVIT · FECIT

Muratorius (2) refert titulum hunc, quem dicit extantem *in vinea Ascanii Cucurni Leonis.* Loco autem siglarum B . M . F Muratorius recitat absolute BENEMEREN . FECERVNT. Cuidam suspectus videbatur titulus Kircherianus ex litterarum forma et earum inci-

(1) *Dichiaraz. degli ant. marmi Moden.* p. 275.

(2) *N. Thes. Inscr.* p. DCCCLVII, n. 7.

sionis modo, qui dicitur *a graffitto*. Quod si esset, titulus Kircherianus ex illo, qui extabat in dicta vinea, erit eductus.

CCIII

DIIS MANIB
M · TREBEILIO · ARGOLICO
TABVLARIO · VIATORVM
QVAESTORIORVM · AB
AERARIO · AMICO · OPTIMO
PRISCVS · T · FLAVI
POLYCLITI · V · Q · SER
ET · TRAEBEILIA · GRAPHICE CON · B · M

Bonannius (1), et Muratorius (2) ediderunt hanc epigraphen, quae insculpta est saxo, optimo opere anaglypto exornato. Porro super columnarum capita hinc et inde persona conspicitur, in medio attici super inscriptionem aquila, subtus autem inscriptionem duo ippogriphi, in quorum medio tripos. Viatoribus Quaestorum aerario praefectorum suum fuisse tabularium ex inscriptione discimus. Viatores autem quaestorii seu quaestoris *ab aerario*, sive aerario praefecti, constant et ex aliis quatuor apud Gruterum (3) inscriptionibus. Siglae V. Q. in penultima linea *Virum Quaestorem* indicant.

CCIV

D M
TRO
PHI
ME B · M

Bonannius (4), et Montfaucon (5) inscriptionem cum suis ornamentis dederunt. Muratorius vero (6) inscriptionem solam pro more suo.

CCV

D · M
L · V · E · CONS } *sic forsitan pro*
ERBAE BAE } CONSERVAE
PIAE B · M

(1) *Mus. Kirch.* p. 114.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 751, n. 1; et p. 981, n. 1.
(3) *Inscriptt.* p. 627, n. 4—7.
(4) *Mus. Kirch.* p. 93 et 119.
(5) *Antiq. Expl.* T. v. P. 1, Plan. LVII.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 2097.

DIS MANIBVS CCVI
VERGILIAE AVCLAE PATR
M · FVRIO CLEMENTI
SERVILIO EROTI · CONIV
M FVCIO ARAMANIO
VERGILIA SYNTYCHE
BENEMERENTIBVS
ET FECIT SIBI

Maffeius (1) dedit.

Titulus in ruderibus veteris Praenestis adinventus

P · VINICIVS CCVII
P · L · LACES
COMOED · V · A · XXXI

Ficoronius (2), Muratorius (3), et Gorius (4) ediderunt.

VIPSANIA SOTERIS CCVIII
MINISTR · IN · FAMILIA
IALYSI · ET · ASMECTI
MATER

M · VIPSANIVS CCIX
NARCISSVS
ROGATOR · AB · SCAENA

Ficoronius (5), Muratorius (6), et Gorius (7) ediderunt hanc epigraphen. Marinius vero (8) tres alias iuscriptiones affert, prope sepulcrum Scipionum adinventas, in quibus familia *Vipsania* nominatur.

Inter scaenicos et *rogatores* erant, illi nempe, qui vestes hinc inde rogando conquirebant, ad varios scaenae, atque histrionum usus opportunas, uti animadverterunt Ficoronius et Muratorius, in

(1) *Mus. Ver.* p. 260, n. 1.
(2) *Delle Maschere* p. 218.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 655, n. 2.
(4) *Inscriptt. Etr.* T. III, p. 30.
(5) *Delle Maschere* p. 148—150.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 660, n. 3.
(7) *Inscriptt. Etr.* T. III, p. 30.
(8) *Fratelli Arv.* p. 114.

hanc rem Horatii (1), et Plutarchi (2) testimonia afferentes. Diversi generis *Rogator* nominatur in inscriptione ad N. XXI.

CCX *In urnula lapidea cineraria, in vinea, Antonini Caracallae thermis proxima, inventa*

D M
M · VLPIO
AGATHONICO
PAEDAGOGO
A CAPVT AFRI
CCE

Lupius (3), et Muratorius (4) dederunt. — Ex alia maxima inscriptione apud Sponium (5), et apud Fabrettum (6), in qua viginti quatuor *paedagogi a caput Africae* recensentur, atque ex aliis apud Gruterum (7), et apud Marinium (8), satis deducitur, quod in loco *a caput Africae*, sic dicto a marmoreo capite Africam repraesentante, paedagogi habitabant. De hoc capite Africae, qui velit, conferat Marinium (9) auctoresque ab eo indicatos.

CCXI

D M
M VLPIVS AVG · LIB
. . . . HIERAX
*Pr*EPOSITVS AVRI
*Ca*ESARIS N
FECIT

Ex Sirmondo, qui viderat, Gruterus offert (10) inscriptionem, cum supplementis, quae praeposui. — In Augustorum autem Palatio ita erant dispertita ministeria, ut quae nunc uni commendantur tunc pluribus committerentur. Sic fuere liberti *ab auro gemmato*, idest vasibus aureis gemmatis custodiendis, *ab auro escario*, *ab auro potorio*, etc. Porro apud Gruterum (11) occurrit *praepositus argenti*

(1) L. 1. *Epist.* vi, 40 et seqq.
(2) *Vita Luculli.*
(3) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 138.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 1036, n. 2.
(5) *Miscell. erud. Ant.* p. 227.
(6) *Inscriptt.* c. iv, n. 257.
(7) *Inscriptt.* p. 585, n. 6.
(8) *Fratelli Arv.* p. 425.
(9) *Loc. cit.* et Papiri p. 308.
(10) *Inscriptt.* p. MCXI, n. 13.
(11) *Loc. cit.* p. 582, n. 7.

potorii, et *praepositus ab auro gemmato* (1), atque apud Muratorium (2) *libertus ab auro gemmato*, et *ab auro potorio* (3), nec non *ab argento* (4).

CCXII

VOLCACI C · L · ANICETI (*sic*
DEDIT ·
M · CAECILIO · HILARO
PVGILLARIARIO

Muratorius (5) protulit hanc epigraphen. *Pugillariarius*, qui in ea nominatur, ille erat « qui pugillares fabricabat, tabulas nempe cera illitas, in quibus adhibito stilo scribebatur », uti adnotat Muratorius ipse. Forcellinius autem istam vocem suo Lexico ex hac una inscriptione inseruit.

(1) *Inscriptt.* p. 582, n. 5.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 885, n. 5.
(3) *Ibid.* p. 895, n. 2.
(4) *Ibid.* p. 909, n. 10.
(5) *Ibid.* p. 984, n. 2.

INSCRIPTIONES ETHNICAE

SEPVLCRALES ALIAE

Hae insculptae vasibus, qui ad Em. Card. Zelada spectabant. Cum vasorum quaedam, ex eorum arte, suspecta; quorumdam autem inscriptiones, ex litterarum forma, aut fictae, aut ex aliis veteribus monumentis desumptae videantur, dantur hic omnes seorsim.

CCXIII

P · M · ALITVS ATIM
ETVS POST PATRONI
MORT · VIX · ANNI L · M · XI
V · A · XXXV · IVLIA STAT
ASI CONTVBERNA SVO FEC

falsa ex pluribus

CCXIV

D M
ANTIOCHO F
PIENTISSIMO
QVI V · X · A · V · DIES

suspecta

CCXV

D M
P · AVRELIO TITI FI
LIO · NATIONE · PANNO
NIO · MIL · ANN · XXI · VIX
AN · XL

suspecta

CCXVI

MEMORIAE
P · CASSI · P · F ATTICI · SALI
NATORIS · VIX · AN · X
M · II · D · $\overline{II}$ · P · CASSIVS · L · F
SABINVS PATER INFE
LICISSIMVS

C. Salinator (1), M. Larinius Salinator (2), C. Cassius Salinator, C. Livius Salinator, C. Lucius Salinator, seu C. Cassius Lucius Salinator, L. Oppius Salinator (3), noti erant. Ex allata inscriptione *P. Sabinus Salinator* constabit. Caeterum *Salinator* cognomen fuit Liviae et Oppiae gentis.

D M CCXVII
DOMITIAE · AELIANAE
COIVGI SANCTAE B · M
ET · RARISSIMI · EXEMPLI
FEMINAE · CL · DIONI
SIVS MARITVS · F

D M CCXVIII
FELICI · SERBO
NAT · GERMAN
VIX · ANN · XXV
SEVERVS CONSER
BVS B · M · F ·

D M CCXIX
GALERIAE VITALI
VIX · ANN · LXXXXXII (*sic*
GALERIVS FORTVNA
TVS PATRONAE B · M · F ·

D M CCXX
GALERIAE
VIX · AN · II

D M CCXXI
HERMETI
SERVO IRHIS
AVG · L · BENEM
ERENTI FECIT
} *suspecta*

(1) Muratori p. 1557, n. 10.
(2) Gruter. p. 693, n. 4.
(3) Morelli. *Numism.* p. 245.

CCXXII

D M
LESBIAE SVAE
QVAM VNICE AMA
VIT Q · CATVLLVS MER
RENS POSVIT VIX
AN · XVII · OBIIT Q ·
CALENDAS IVLII

exemplum stultissimae fraudis.

CCXXIII

LVCIO ROFFINO
C · C · CALIGOLAE DOMVS
PRAEFETO QVI VIX · AN
LXVIII · PLAVTILA VXOR
CONIVGI AMANTISSIMO
B · M · F ·

falsissima

CCXXIV

D M
INNOCENTISSIMI P (*sic, forsitan pro* Pueri
QVI BIXIT ANNIS
DVS AVGVSTAS GRA
TIANO V ET TEO
DOSIO CONSVLIBVS

Monumenti epocha erit annus 380.

In vase duplex inscriptio.

CCXXV

D M
PETIDIAE SILVANAE
QVAE VIX · AN · XVI · D · XXX
CRESCENS AVG · VERNA
DISP · FILIAE DVLCISSIMAE
F · C

CCXXVI

D M
SEPTIMIAE PHILADEL
PHIAE · B · M · F · C · SEPTIMIVS
PHILADELPHVS AVG · LIB
ET SEPTIMIA HELICE
F · L · LIB · POS · EORVM · C · S
HELICONI FILIO PIISSIMO
VIX · A · XVIII

CCXXVII

D M
THALLI · V · A · VI
D · V · ANTIOCHVS
sic pro ET) EL · THALLVSA PAR
ENTES F · F ·

Haec inscriptio videtur conficta ex simili, quae apud Muratorium (1).

CCXXVIII

D M
VLPIVS · ANGVLATVS
EQVES · SING
IMP · N · NATIONE
NORICVS · VIXIT
AN · XL · MIL · ANN ·
XXIV · T · CLEMENTIS
C · AELIVS · MASCVLI
NV · ARMORV · CVSTODE (*sic*

Equites singulares fere omnes illustria nomina ferunt familiarum *Aureliae, Eliae, Ulpiae,* aut *Flaviae,* exunde imperatores quidam orti sunt. Milites porro nationis barbarae, ut hic *Ulpius* qui *natione Noricus* dicitur, cum erant facti cives Romani, ab Imperatoribus, sub quibus militabant, nomen sumebant. Plurimi ex equitibus singularibus sepeliebantur in loco nunc dicto *Torre Pignatarra* (2). De Equitibus singularibus agunt Fichius (3), Mazzochius (4), De Vita (5), et Marinius (6). — *Armorum custos* saepe occurrit in inscriptionibus *equitum singularium,* uti adnotat Marinius (7).

(1) *N. Thes. Inscr.* p. 1610, n. 1.
(2) Fabretti p. 360.
(3) *Act. Soc. Lat. Ienensis* T. 1.
(4) *De Ascia* p. 23.
(5) *AA. Benevent.* T. 1, p. 248.
(6) *Iscriz. Alb.* p. 69, 70; et *Fratelli Arv.* p. 300, 436, 549, 550, 826.
(7) *Iscriz. Alb.* p. 94. Confer et *Fratelli Arv.* p. 827.

INSCRIPTIONES CHRISTIANAE

HISTORICAE AVT HONORARIAE

CCXXIX *In fundo vasis vitrei picti inediti Christus Dominus, et Petrus ad dexteram ejus, Paulusque ad sinistram, stantes; et Petrus quidem claves, Paulus gladium tenentes; omnesque ad caput nimbo forsitan (quod non memini) ornati conspiciuntur. Legitur autem*

Subtus princ. Apost.	Subtus alium Ap.
S PETRVS	S PAVLVS

Maffeius (1) exhibet sarcophagum marmoreum, Veronae in Crypta Eclesiae s. Joannis in valle conspicuum, in cuius extremitatibus opere auaglypto insculpti sunt Apostoli Petrus et Paulus, manu utriusque dextera ita disposita, ut claves unus, gladium alius, tenere debeant. Ciampinius etiam offert opus quinti saeculi, uti ait Maffeius (2), mosaicum, in quo Petrus claves manu tenens adspicitur. — Vitrum Kircherianum equidem quinto saeculo antiquius non crederem, nedum ex eo quod Petrus auctoritatis, Paulusque Martyrii signa ostendant, sed etiam ex sigla S, sive titulo *Sancti* illis praeposito (3), atque ex nimbo, quo forsitan ad caput circumdati sunt Apostoli, uti in alio vitro apud Boldettum (4). Istis enim auctoritatis, passionis, virtutis, et gloriae insignibus, jure quidem ac merito, tardius tamen, ab artificibus ornati sunt Apostoli Petrus et Paulus, aliive Sancti. — Quo ad Petri claves adnotare liceat, quod in Othonis I sarcophago prostante in hypogeo s. Petri ad Vaticanam Basilicam, Apostolorum princeps tres claves, manu tenens effingitur, in aliis vero tribus monumentis anteā indicatis ipse cum duabus tantum repraesentatur.

(1) *Mus. Ver.* p. 484.
(2) *Ver. Ill.* P. III, c. 3 in fine.
(3) Buonarruotti. *Vetri* p. 85.
(4) *Oss. sui Cem.* p. 197.

Circum vasis vitrei picti fundum CCXXX

VIVATIS IN DEO

Galeotti (1), et Bottari (2) vitrum cum inscriptione repraesentarunt. In eius porro pictura pulcherrima, quam secundo aut tertio saeculo accenserem (3), conspicis sponsum et sponsam altari, ut credere vellem, adstantes, illumque huius brachium dexterum in poplite tenentem, ad matrimonii conjunctionem signandam. In huiusmodi de matrimonio Christiano monumentum conferenda erunt quae habet Galeottius, et Bottarius (4), atque Mazzochius (5). Cippum autem inibi stantem ante sponsos, sive illis interstantem, ego altare, potius quam columnam, dicere mallem: idemque fere affirmarem de alia simili vitrea pictura a Buonarrottio (6) edita, in qua super *aram* seu cippum monogramma Christi erectum conspicitur. Quod si esset, matrimoniale coniugium coram altare celebratum, sacrum sive sacramentum ipsum esse indicaretur, imo et altaris minister sacerdos assistens innueretur quasi acclamans conjugibus: *Vivatis in Deo.* Caeterum haec verba sunt una ex adclamationibus, quibus Christiani illi veteres bene alter alteri praecabantur. In Kircheriani musei sigillis aereis has alias similes acclamationes lego:

1. SPES IN DEO
2. FELIX VIVAS
3. ΧΑΡΙΛΛ (ΙΙ)ΠΗΣ *forsitan gratia spes*

et circum vas vitreum, nescio an Christianum, aut potius Ethnicum

4. *Pol*YCARPE BIBE FELIX

atque in aliis veteribus Christianis monumentis alias.

Super fundum vasis vitrei picti verba circumscripta CCXXXI

PIE ZESES BENEROSA OMOBONE BVLGVLVS

(1) *Ficoronii gemmae* p. 105, Tab. XI.
(2) *Pitt. e scolt. di Roma sott.* T. III, Tab. CXCVIII.
(3) De hac re agam et in *Diss. de monumentor. veterum Christianor. in res Biblicas utilitate.*
(4) *Loc. cit.*
(5) *Spicil. Bibl.* T. I, p. 104.
(6) Tab. XXI, p. 146.

In ipso vasis fundo vir, mulier, et puer in medio eorum, conspiciuntur: ipsorum propterea nomina sunt *Homobonus*, *Venerosa*, et *Vulgulus*, ipsisque adclamatum: PIE ZEZES, *Bibe vive*. Mulier autem nomine *Benerosa*, seu Venerosa, occurrit etiam in inscriptione alia Christiana apud Lupium (1).

CCXXXII *In fistula plumbea in ruderibus inter s. Joannem Lateranum et Basilicam Sessorianam reperto.*

† ꝫALVO PAPA IOHANNE
(sic) STFANVS PP REPARAVIT

Fieoronius (2), et Muratorius (3) hanc inscriptionem dederunt. Joannes I annis 523—526, et Joannes II annis 532—534, Romani Pontifices fuerunt. Uni ex his a *Stephano*, aquaeductibus *Praeposito*, eorumque reparatore, inscriptione ipsa adclamatum fuisse crederem. Etiam celebre monumentum ad s. Petrum in Vinculis a Pagio (4), et a Fontaninio (5) editum, et spectans Joannem II, incipit SALBO PAPA N. IOHANNE. Fontaninius vero (6) refert epigraphen aliam Ravennatem sic incipientem SALVO DOMNO PAPA AGNELLO. Agnellus autem anno 566 ad superos evolavit.

CCXXXIII *In duobus laterculis inscr. eadem.*

✠ MARTINVS PP V

Morcellius (7) animadvertit quod, lapsis imperii rebus, cum litterae etiam coli desiissent, et notae omnes, quae figlinis seu doliaribus operibus inscribi solebant, praetermitti caeperunt. Sic plura abiere saecula, donec Martini Quinti aevo extitere qui aliqua vetustatis imitatione figlinarum signa iterum inducerent, ut patet ex duobus laterculis, quorum inscriptionem protulimus. Haec quidem fere Morcellius. Ast praeter laterculos Theodoriei, notis, quas statim proferam, praeditos, Marinius in suo de Inscriptionibus *Doliaribus* desideratissimo ms. opere inscriptiones alias doliares affert, ad VII et ad VIII saeculum, ut ipse aestimat, pertinentes. Trombellius (8)

(1) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 134.
(2) *Piombi* p. 51.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1889, n. 1.
(4) *In notis ad Baronium* an. 531, n. 8.
(5) *Discus argenteus votivus* p. 51.
(6) *Op. cit.* p. 27.
(7) *De Stylo* p. 410, col. 2.
(8) *Arte di conosc. l'età dei codici* p. 6.

figlinam civitatis *Centi* inscriptionem, ad an. 1045 spectantem, profert. Laterculos etiam, nomine *Innocentii PP* insignitos, exhibet in dicto opere Marinius, qui et contendit illum esse Innocentium II, qui annis 1136—1143 Romanam rexit Ecclesiam. Ut vero ad laterculos Martini V redeamus, Marinius testatus est tectum Basilicae Ostiensis laterculis hujusmodi, saltem ex parte, fuisse protectum.

Antiquum morem placuit et Clariss. Viro Comiti Mellerio renovare, cum domum sibi exaedificans in Gernettiano rure, lateres aedificii sequenti inscriptione, ab archaeologo Labusio exarata, insignitos voluit:

AN · M · DCCCXX
EX PRAEDIS IAC · MELLERI · V · C
FIGLINA · GERNETTIANA
LVCA · SOMALEA · ARCHITECTO

In lucerna fictili atramento sutrino script. CCXXXIV

Ο ΑΓΗΟC CΑΚΕΡΔΟC

Ageus Sacerdos

In laterculis CCXXXV

1. ✠ REG D N THEODE
RICO FELIX ROMA

ad latus

2. ✠ REG D N̄ THEODE DE OFFICINA
RICO BONO ROME (*sic* IVSTI

Fabrettius (1) utramque inscriptionem dedit. Bonannius (2), et Marinius (3) tantum secundam.

Curam Theoderici *urbis faciem ornandi et in pristinum nitorem restituendi* Cassiodorus saepe testatur, et plura signa reperta demonstrant, inquiunt Fabrettus et Bonannius. Nostri laterculi ex thermis Antonianis educti sunt. Ast Marinius (4) testatur, quod la-

(1) *Inscriptt.* c. VII, n. 336, 337.
(2) *Mus. Kirch.* p. 171.
(3) *Fratelli Arv.* p. 620.
(4) *Iscriz. Doliari Prefaz.* edit. a Cl. D. Majo in *Scriptorum Vet. Nova Collect.* T. VII.

terculi Theoderici nomine insigniti conspiciuntur super tectum basilicae S. Agnetis, ut puto, extra Urbem.

Trombellius (1) refert hanc aliam Theoderici figlinam:

✠ REG D N · THEODE
RICO BONO RORE *Romanae Reip:*

CCXXXVI *In perquam longi ferrei gladii manubrio*

HENRICVS IIII GALLORVM
ET NAVARÆ REX

CCXXXVII *In tabella aenea, collo suspendenda, ut ex eius foramine videtur.*

PROBI · ET · PRO
BES · NOSTRI · S (*sic*
DE MASSA CE
LLA BINARA

Lupius (2), et Muratorius (3) ediderunt hanc hospitalitatis tesseram. Inscriptionis iste videtur sensus: *Probi* (ex familia Anicii Probi) *et Probes* (Faltoniae conjugis) peculium, *Nostris de Massa Cella Binara* seu Vinaria hominibus aut servis; vel potius, *Nostri Probi et Probes Servus de Massa Cella Binara;* qua hospitalitatis tessera munitus servus aliquis in aliis ejusdem domini massis exciperetur, ut adnotat Muratorius. Eorumdem Probi et Probes, qui in hac tabella nominantur, sarcophagum ex Vaticano coemeterio effossum, exhibuit post alios atque illustravit Bottarius (4). Cum autem Probus ante an. 395 obiisse videatur, ante hanc epocham tempus hujus tabellae erit statuendum.

CCXXXVIII *In lamella aenea quadrata unius pollicis latitudine.*
A facie recta.

PRO
CON
SVL

(1) *Arte di conosc. l'età de' Codici* p. 7.
(2) *Epitaph. Sev. M.* p. 49.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 2013, n. 6; et p. 1555, n. 2, vel 10.
(4) *Pitture e scolt. di Rom. sott.* T. II, Tab. XVI—XVIII, p. 53—63.

A facie versa

ACA
C ✠ I *sic*

In ponderibus variis ex lapide aequipondio. CCXXXIX

EX AVCTORITATE
Q · IVNI · RVSTICI
PRAEF · VRB

Corsinius (1), Mazzochius (2), et Secchius (3) hanc dederunt epigraphen. Ipsam vero Corsinius Rustico, Praefectus qui fuit Urbis Romae anno 344 vel 345, accenset; Mazzochius autem et Secchius alio Rustico, quo Urbis Romae Praefecto atque imperantibus M. Aurelio et L. Vero, martyrio coronatus est Justinus, tribuunt. — Si quis autem velit plurium ponderum, in quibus inscriptio isthaec vel aliae similes leguntur, valorem scire, adeat Gruterum (4). Etiam minerologus, quoad saxi aequipondii naturam, adeat Corsium (5).

In sigillo aereo Kircheriano sic legitur:

Q IVEBERI
RVSTICI

Forsitan erat incidendum Q . IV . LABERI RVSTICI.

In sigillo aereo CCXL

CELSINI
V C II PREF
VRB ROM

Galeottius (6), et Corsinius (7) jam dederunt hanc epigraphen. — Aurelius Celsinius fuit Urbi praefectus prima vice an. 341 (8), et secunda vice anno 351 (9). Propterea sigillum Kircherianum hunc

(1) *De Praefectius Urbis* p. 205.
(2) Apud Gallandium *Biblioth.* PP. p. 720.
(3) *Campione di antica bilibra* p. 23.
(4) *Inscriptt.* p. 221, 222.
(5) *Delle pietre antiche* p. 162—164. Roma 1823.
(6) *Ficoronii Gemmae* p. 12.
(7) *De Praef. Urb.* p. 383.
(8) Cf. Murator. *Annal.* ad an. 341.
(9) Cf. Corsinium p. 209.

ipsum Aurelium Celsinium spectare videtur. Dicitur enim inibi *Celsinius Vir Clarus secundum Praefectus Urbis Romae.* Neque satis ab hac opinione recedendum suadet Corsinius, contendens quod potius ad alium posteriorem ignotumque Celsinium sit referenda inscriptio illa, ex eo quod Celsinius ibidem dicatur *Urbis Romae* praefectus, ad distinctionem prefecti Urbis Cpoleos, qui tantum anno 360 constitui caepit. Exinde enim praefecti Urbis Romae, saltem plures, aut saltem quidam ex ipsis, post annum hunc 360, in monumentis suis vocarentur *Praefecti Urbis Romae*, non vero tantum *Praefecti Urbis*, uti Flavius Eugenius, de quo statim dicemus.

CCXLI

FL ✠ EVGENIVS ASELIVS
V̄ C ✠ PRAE̅F ✠ VRBIS
V̄ ✠ S I REPARAVIT

Justus Lipsius (1) aiebat huiusmodi inscriptionem legi in *columnae basi, quae lampades sepulcri Apostolici fulciebat* ad basilicam S. Pauli extra portam Ostiensem. Smetius, Mazzochius (2), et Margarinius (3) eidem basilicae hanc inscriptionem accensebant. Ita forsitan et Severanus (4). Ast Baronius (5) rem distincte exponit atque inscriptionem illustrat, ita scribens: « Flavii Eugenii Praefecti Urbis memoria reperitur in basi unius columnarum ambientium Sanctuarium in basilica S. Pauli per Valentinianum restitui caepta, qui ex loco et opere fuisse arguitur Christianus, et sicut familia ita fortasse sanguine conjunctus Asellae nobili Romanae ac sanctissimae Virgini, quae a S. Hieronymo summis laudibus celebratur. Porro ejusdem Eugenii brevis haec legitur epigraphe » etc.

In epigraphes illustrationem iis, quae attuli ex Baronio, tantum addam, Asellum inibi dici Virum Clarum, *Praefectum Urbis* ac *Vice Sacra Judicans*, sive causas vice aut pro Imperatore cognoscens. Hoc autem munus, ab Urbis praefectura distinctum, saepe uni eidemve personae ac Praefectura tribuebatur ab Imperatore. Confer ea quae doctissime more suo in hanc rem scripsit Marinius (6).

(1) *Inscriptt.* f. 12.
(2) *Epigr. Urb. Antiq.* p. 169, f. c.
(3) *Inscriptt. Basil. S. Pauli* n. 481.
(4) *Hist.* p. 399.
(5) *Annal.* ad an. 392, n. XVI.
(6) *Fratelli Arv.* p. 795—799.

Postquam haec scripseram, legens Corsinium (1) animadverti ipsum statuere Flavium Aselium urbi Praefectum anno 470. Ast ejus argumenta a Baronii sententia me non removent.

Praeterea novi quod Pucinellus, qui hanc inscriptionem (2) exhibet ex Basilica Ostiensi S. Pauli, eamdem etiam obtulerat (3) tamquam prostantem in Monasterio Montis Casini. Forsitan ex eo quod Basilica Ostiensis, et claustrum apud ipsam, ad Monachos Benedictino-Casinenses spectant, confusio isthaec nata est.

In tabella aerea quadrata, unius pollicis mensura. CCXLII

SALVIS DD
NN ALBIN
VS S C FECIT

Gorius (4), Lupius (5), Muratorius (6), ac Marinius (7) dederunt hanc inscriptiunculam.

In alia simili tabella opistographa. CCXLIII

In facie anteriori	*In facie posteriori*
SALVIS DD	BASILI
NN ALBIN	VS REPA
.VS FECIT	RAVET (*sic*

Sponius (8), Buonarrottius (9), Lupius (10), Muratorius (11), et Secchius (12) has epigraphes dederunt. Confer etiam Cortinovis (13).

Plures Albini aut Urbi Praefecti aut Consules saeculis III, IV, V, et VI constant ex veteribus documentis. Quemnam autem ex iis spectent hae tabellae vel earum inscriptiones, non ita facile est definire. Censerem tamen, Albinum inibi nominatum, esse vel illum

(1) *De Praefectis Urb.* p. 355.
(2) P. 44, n. 32.
(3) P. 41, n. 27.
(4) *Inscriptt. Vet. Ethr.* T. I, p. 222. Cf., et T. II, p. 157.
(5) *Epitaph. Severae Martyr.* p. 149 *in not.*
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 467.
(7) *Iscriz. Alb.* p. 46.
(8) *Misc. Er. Ant.* p. 303.
(9) *Osservaz. sopra tre dittici* p. 254, 255.
(10) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 148.
(11) *N. Thes. Inscr.* p. 2012, n. 4.
(12) *Campione di antica bilibra Romana* p. 6 et 31.
(13) *Di una tessera trovata a Giulio Carnico.*

qui sub principibus Valentiniano, Theodosio et Arcadio et annis 389, 390 (1) fuit Urbis Praefectus, vel alium qui sub Honorio et Theodosio II anno 414 eodem munere functus est. Basilium autem, vel eum esse putarem, qui hoc nomine sub Arcadio et Honorio anno 395 Romana Praefectura honestatus est, vel alium qui consul fuit sub Leone et Severo anno 463, vel demum alium qui sub Justiniano anno 544 consul fuit et cognominatus Junior. Tabella secunda quidem in faciei posticae inscriptione ad tempora spectat cuiusdam Basilii ac posteriora temporibus Albini, ad quae partis anticae inscriptio, nec non primae tabellae inscriptio unica, refertur.

Muratorius ad inscriptiones secundae tabellae haec adnotabat: « Haec in tabella aenea in thermis Titi effossa leguntur. Argenteae litterae ibi visuntur. Alteram similem jam dedi *(nempe nostram praecedentem)*. Complures nempe fuit moris fabricare, in dedicationibus donandis ». Buonarrottius autem haec alia de harum tabellarum usu scribebat: *Questa lamina assai sottile che ha lettere di quà e di là non saprei vedere che potesse essere servita per altro che per attaccare o per inserire in qualche velo prezioso o patera o bacino o cosa simile, dove si potesse leggere da tutte due le parti, fatta di nuovo da Albino e restaurata poscia da Basilio.* Secchius (2) dicit *marchi di stadere.* — Verbis inter alia *Salvis Dominis Nostris,* imperatoribus vel augustis magistratus aut milites acclamabant sive illos consalutabant.

CCXLIV *In pondere aeneo circum crucem script.*

. ✠ LIBRA IVS · TA

Maffeius (3), et Lupius (4) dederunt. — Sub Christiano principe conflatum pondus hanc proferens inscriptionem docet gemina crux etiam argento illita eiusque formae quae repraesentatur a Lupio. Ex forma autem crucis et litterarum pondus ipsum ad VIII saeculum faciliter pertinere posse credit idem Lupius. Caeterum *libra* ista *justa,* cujuscumque aetatis sit, deficit a recenti publica Ro-

(1) Muratori *Annali.*
(2) *Campione di antica bilibra Romana* p. 6 et 31.
(3) *Mus. Ver.* p. 261, n. 13.
(4) *Epitaph. Sev. Mart.* p. 57 et 74.

manorum libra, cujus solum decuncem ac semunciam pendit, ait adhuc Lupius.

In sigillis aeneis. CCXLV

1. M · REV · IC · IL
VI · IL · EN · IR ✠ *(en ir εν ειρενῃ in pace.*

2. P · COT ✠
SEVERI

In quodam aeneo ornamento CCXLVI

✠
ANG
HEL✠
LVS

INSCRIPTIONES SEPVLCRALES
CHRISTIANAE

CCXLVII *In lapide ex agro ad catacumbas S. Hermetis an. 1832 effosso.*

ALEXANDER
AVGG · SERFECIT
SEBIVO · MARCO · FILIO
DVLCISSIMO · CAPVT · A
FRICESI · QVI · DEPVTA
BATVR · INTER · BESTITO
RES · QVI · VIXIT · AN · NIS
XVIII · MENSIBV · VIIII
DIEBV · V · PETO A BOBIS
FRATRES · BONI . PER
VNVM · DEVM · NE · QVIS
VII · TITE · LO · MO*LESTET*
POS · MO*RTEM*

Tertium saeculum, ac forsitan Philipporum tempora spectare titulum hunc suspicarer.

De *capite Africesi* sive Africae jam dictum est ad N. CCX. *Vestitores* seu vestiarii, quorum nempe munus erat vestes curare, fuisse in aula imperatorum constat ex inscriptionibus apud Gruterum (1), Montfaucon (2), et Muratorium (3). Confer et Julium Firmicum (4). Inter istos propterea *Marcus deputabatur*, qui patris *Alexandri*, *Augustorum servi*, conditionem servilem sequebatur.

Romanorum pontificum vestiarios, quos saltem tardioribus temporibus fuisse novimus ex Anastasio Bibliothecario (5), in nostra epigraphe indicatos non crederem; eoque minus *deorum* eorumve

(1) *Inscriptt.* p. MCXI, n. 3.
(2) *Antiq. Expl.* T. V, P. I, p. 92.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1842.
(4) L. III, c. XI, n. 9; et c. XIV, n. 3.
(5) Hadrian. I, p. 114; et Leo III, p. 121.

ministrorum *vestiarios*, qui in ethnicis inscriptionibus (1) occurrunt. Munus hoc postremum in christiano viro, prout Marcus erat, criminosum fuisset.

Adloquitur *Alexander*, demortui filii *Marci* pater, alios Christianos, eos vocans *fratres bonos*, ex Christi, et Apostolorum exemplo. Christiani veteres hoc nomine occurrent et in aliis inscriptionibus inferius. Christianos igitur, religionis charitatisque foedere sibi conjunctos, exorat Alexander *per unum Deum, nequis titulum loco molestet* neque *post* sui *mortem*. Confer Forcellinium ad v. *titulus*, atque Fabrettum (2), et Muratorium (3). *Septimus titulus* iste dicitur, quasi septimus ordine post alios illo in loco dispositos. Ex quo nemo colligat forte, quod cum in titulis sepulcralibus Christianis numeri romani solitario signati occurrunt, ordinem tituli relate ad alios proximos ipsi indicent. Non raro enim numeri romani christianis in titulis solitario signati, quot SS. Martyrum corpora prope ipsos consepulti essent designabant, uti scitissime cognovit et ostendit Cl. Petrus Visconti (4). Audivi etiam quod idem archaeologus alia peculiari dissertatione MS. superiorem ipsam nostram inscriptionem elucidavit. Ipsi igitur sit de hoc commentariolo judicium.

In lapide ex coemeterio Cyriacae effosso. CCXLVIII

AVRELIA AMANTIA
FECIT SIBI ET COMPARI
SVO QVI FECIT INTER ☧
ILLA ANNOS XIII

Muratorius (5) ex Boldettio dedit.

CCXLIX

...... LIAME · AVCTA
..... *Con*IVX · CARISSIM
...... REQVIESANT
...... NE

(1) Muratori p. 172; et 1852; Marini p. 236, 334.
(2) *Inscriptt.* c. II, p. 120.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 429, n. 2.
(4) Diss. cui tit. *Sposizione di alcune antiche iscriz. Crist.* in *Atti dell'Ac. Rom. di Archeol.* T. II, p. 609-636.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 1835, n. 1.

CCL *In lapide ex coemeterio S. Marcellini et Petri.*

BENE QVE
SQVENTI
☧ FRATRI BAC
CHYLO IN PACE
FRATRES 

Maffeius (1), et Muratorius (2) ex Bonarota, dederunt. *Frater* a *fratribus* dedicatoribus dicitur *Bacchylus* ex charitatis vinculo, ex quo Christiani omnes a Paulo *Fratres* vocabantur.

CCLI *Epitaphium Martyris ex coemeterio Hermetis effossae, cuius ossa in Collegii Romani sacello domestico, in quo S. Aloysius Gonz. Deo votis religiosis se obstrixit coluntur. Adstat ibidem sub Martyris urna lapis.*

CANDIDVS
COIVGI SVI
BELLINE

Marangonius (3), Lupius (4), Muratorius (5), ac Marinius (6) ediderunt sanctae Martyris inscriptiunculam.

CCLII

DEDAMIA QVE
VIXIT ANNVS XIII DE
FVNCTA ES XIIII KL DICB
DEFVNCTA EST VIRGO
QVIESCIT IN PACE

CCLIII *In lapide e coemeterio Praetextati ad loculum Martyris eruto, litteris minio pictis.*

FLAVIANO FILIO DVL
CISSIMO QVI VIXIT
ANNS · VII IN PACE

(1) *Mus. Ver.* p. 306, n. 4.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1840, n. 4.
(3) *Acta S. Victorini* p. 721.
(4) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 53.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 1318, n. 11; et p. 1849, n. 7.
(6) *Inscriptt. Chr.* P. I, c. VIII, p. 420, n. 8 edit. a Mai *Script. vet. nov. Collect.* T. V.

Boldettius (1), Marangonius (2), Muratorius (3), Marinius (4) dederunt.

CCLIV

DEPOSITVS HERACLI
VS · QVI BISE PLVS MIN
VS ANNVS IV

CCLV

ROMVLESIA · MATER · FECIT FILIO · SVO
DVLCI · EVNTI IN PACE · INNOCENTE
DEPOSITONE VIIII KAL AVG
A DEO  *hic caput pueri insculptum*

sic in omnibus

Muratorius (5), Corsinius (6), et Odericius (7) ediderunt hanc epigraphen.

Odericius putat, quod *Innocente* nomen sit filii *Romulesiae*. Quo ad formulam vero *eunti in pace* ipse confert inscriptiones alias ex Muratorio (8), in quibus legitur *Exiit et manet in pace-Maria puella ibit* (ivit) *in pace Pridie Kal. Oct.*

Cum subinsculpto signo hoc aliud conferri lubet ad latus aliae inscriptionis Christianae Musei Vaticani, prope unam e januis Bibliothecae Vaticanae prostantis sic


EVNAPIA
DORMIS
IN PACE

In lapide ex coemeterio Lucinae Via Ostiensi. CCLVI

INNOCENTIA CONIVNX ISSIGVI
QVAE CVM EO VIXIT BEN
ANNIS X DIES DVODECIM
QVAE DE SAECVLO EXIBIT
IDIBVS AVG GALLICANO CONS

(1) *Osservaz. sui Cem.* p. 477.
(2) *Acta S. Vict.* p. 134.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1872, n. 4.
(4) *Inscriptt. Chr.* P. I, c. VII, p. 378, n. 2 edit. Mai.
(5) *N. Thes. Inscr.* p. 1933, n. 2.
(6) *Notae Graecor. Diss.* III, p. 55.
(7) *In aliq. inscriptt.* p. 99.
(8) *N. Thes. Inscr.* p. 1859, n. 9; et 1890, n. 6.

Boldettius (1), et Blanchinius (2) ediderunt. Blanchinius ipse (3) aestimabat *Gallicanum Consulem* inibi nominatum fuisse unum ex duobus, qui hoc nomine in fastis occurrunt annis CXXVII, CL. Ast alii duo eodem nomine consules obveniunt annis CCCXVII, CCCXXX. Quis definire poterit, an non unum ex istis innuat epigraphe?

CCLVII *In lav. ex coemeterio ad clivum, dictum Cucumeris, quod idem cum coemeterio forsitan S. Hermetis.*

KALEMERE DEVS REFRI
GERET SPIRITVM TWM
VNA CVM SORORIS TVAE hILARE

Galeottius (4), Lupius (5), et Muratorius (6) hanc ediderunt praestantissimam epigraphen. In lapide autem praeter ipsam visitur sculpta Christi Domini, sub habitu pastoris oviculam humeris gestantis, imago una cum avi, quam phoenicem, cuius formam nemo vidit, cum Muratorio dicere possumus, eo quod Christiani veteres eam in resurrectionis symbolum, Christiano sepulcro aptissimum, haberent. Porro in S. Caeciliae actibus, quae tamen non omnino authentica aut incorrupta sunt, legimus (7) quod Caecilia Maximinum martyrio coronatum sepelivit « in novo sarcophago, et jussit ut in sarcophago ejus sculperetur *phoenix* ad indicium fidei ejus, qui resurrectionem se inventurum phoenicis exemplo ex toto corde suscepit ».

Inscriptionem *Kalemero* defuncto ab ejus *sorore Hilara* viva positam, quisque faciliter noscere potest: Hilara enim Kalimerum in ea sic adloquitur: *Kalemere, Deus refrigeret spiritum tuum, una cum sororis tuae Hilarae* spiritu. Monumentum propterea inibi est antiqui precum pro defunctis usus, et fidei Purgatorii.

Boldettius (8) hanc aliam dat inscriptionem ex coemeterio Callisti et Praetextati cum nostra apte conferendam:

(1) L. I, c. XIX, p. 79, n. 2.
(2) *Dem. Hist. Eccl. Quadrip.* T. III, p. 489; et Tab. I, Saec. II, n. 52.
(3) *Loc. cit.*
(4) *Ficoronii Gemmae* p. 120, 121.
(5) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 136, 137.
(6) *N. Thes. Inscr.* p. 1896, n. 1.
(7) Apud Bosium *Hist. B. Caeciliae* p. 21.
(8) P. 418.

AMERINVS CCLVIII
RVFINE COIVGI
CARISSIME BENEMERENTI
SPIRITVM TVVM DEVS
REFRIGERET

Buonarrottius ex vitro coemeteriali sequentes Christiano viro vivo acclamationes suppeditat (1): *Hilaris vivas cum tuis feliciter. Refrigereris in pace Dei.* Confer et Mazocchium (2).

In lapide qui erat in coemeterio Urb. ad martyris cum sanguinis vasculo sepulcrum. CCLIX

BENEMERENTI
IN PACE LIBERA
QVE BIXIT AN · ϛII (*sic* pro VIII
NEOFITA DEP · DIE
III NONAɭ MAIAΓ CON
GRATIANO III (T EQVITIO

Lupius (3), Muratorius (4), Marinius (5), et Settele (6) ediderunt hanc inscriptionem, in qua animadvertenda erit sigla graeca numeralis ϛ pro sex, uti et in alia inscriptione latina inferius producenda. De formula *in pace*, quae obvia est in pluribus epigraphis Christianis, jam dictum est ad N. CCLV; ipsaque occurrit etiam ad N. CCL, CCLII, CCLIII, CCLXII, CCLXVII, CCLXVIII, et CCLXIX; eadem legitur et in lapide ex coemeterio Cyriacae cum Sanctae Martyris Gaudentiae exuviis eruto atque cum iisdem in sacellum internum Domus Professae Societatis Jesu translato, prout refert Marinius (7), cum hac inscriptione:

GAVDENTIAE BENEMERENTI in ☧
SANCTE (*sic* RELIOSE (*sic* OBSEQVENTIS
SIME (*sic* QVAE VIXIT ANNOS LIIII DEP
OSITA X KAL JVNIAS IN PACE AΩΧ
seu *principium et finis Christus*

(1) *Vetri* p. 145.
(2) *Spicileg. Bibl.* T. III, p. 202, 203.
(3) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 98.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 386, n. 4.
(5) *Inscriptt. Chr.* P. I, c. VIII, p. 438. in Mai *Scriptor. Vet. Nov. Coll.* T. V.
(6) *Atti dell' Acc. R. di Arch.* T. II, p. 60.
(7) *Iscriz. Alb.* p. 192.

CCLX *In lapidis fragmento prostante ad fontem in cavaedio domus Collegii Rom. Soc. Jesu.*

PANKA . . .
MARGI . . .

Forte Christianae inscriptionis fragmentum istud erit, cum apud Boldettium (1) legatur sequens Christiana inscriptio ex coemeterio Cyriacae producta

PETRVS ET PANCARA BOTV PO
SVENT MARTYRE FELICITATI

CCLXI

☧
PETRVS · SEBIBV
EMIT BISOMV

Bisomum, sepulcrum scillicet pro duplici corpore.

CCLXII *In lapide ex coemeterio Pratextati eruto.*

DIS MANIBVS PRINCI
PIO FILIO DVLCISSIMO SVO
POSVIT QVI VIXIT ANNIS VI DIESI (*sic*
XXVIII IN PACAE

Lupius (2), Muratorius (3), et Zaccaria (4) ediderunt.
De sacrilega *diis manibus* dedicatione in lapide Christiano confer quae adnotabuntur ad N. CCLXVII.

CCLXIII

PRISCVS QVI VIXIT ☧
ANNIS XXXVI
FVNCTVS V KAL
IVNIAS FRATER
FECIT IN PACE

In lapidis spatiis vacuis Juvenis conspicitur tunica et stola vel pallio more diaconi indutus manibusque in actum orantis elatis,

(1) P. 431.
(2) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 105.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1928, n. 4.
(4) *De vet. Christ. Inscriptt. us* 1.

praeterea caput viri, monogramma Christi, et avis, puta, phoenix in resurrectionis symbolum, ut dictum est ad N. CCLVII. Haec autem omnia sculpta sunt, ut vulgo ajunt, a *graffitto*.

Frater, in epigraphe dictum erit ex charitate christiana.

HIC DEPOSITVS EST CCLXIV
ROMVLIVS DIE MERCVRI ☧
X KAL DECEMBRIS Q VIXI

☧ AP ☧ CCLXV
BENEMERENTI
IN PACE QVE VIXIT
ANNVS XVIII DEPOS
ITA XV KAL OCTOBRE

In alio lapide ejusdem Musei Kircheriani, in quo pastor conspicitur oviculam in humeris gestans, habetur et sequens sigla TAT, quae si graeca esset, ut videtur, vel Πατὴρ, vel Ιατρὸς posset interpretari.

In lapidis fragmento rudibus litteris inscriptio haec, nescio an Christiana. CCLXVI

TICONIDI
DVLCI

D M S CCLXVII
LAEVIA FIRMINA
MATER VETTIAE
SIMPLICIAE FILIAE
SVAE QVAE VIXIT AN
XLIII MENSES VI MA
TER FILIAE INCON
PARABILI FECIT SIM
PLICIAE QVAE DORM
IT IN PACE

Lupius (1), et Muratorius (2) ediderunt hanc epigraphen, quam Christianam esse, ut indicat formula finalis *Dormit in pace,* nemo denegabit, quamvis in initio legantur siglae ethnicorum D · M · S. Ipsum enim veteris superstitionis vestigium aliquando et Christianis non admodum doctis, vel ejus vim non intelligentibus, obrepsit, uti et in aliis Christianis monumentis animadverterunt plures docti archaeologi, inter quos nominabo Mabillonium (3), Muratorium (4), Lupium (5), Zaccariam (6), et Settele (7).

In inferiori lapidis parte sub inscriptione prolata expressus est equus in symbolum forsitan Christiani properantis ad metam suae peregrinationis. Vita enim haec nostra *cursus* est, quem ex Apostolica phrasi *consummaverit* (8) mulier ibi deposita, et ita, ut comprehenderit bravium (9). De hac re Lupius.

CCLXVIII ☧ VICTORA BIRGO DEI QVAE VI
XIT ANNIS XXVIII IN PACE
III IDVS FEBR

(1) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 57.
(2) *N. Thes. Inscr.* p. 1816, n. 7.
(3) *Itinerar. Ital.* p. 71.
(4) *N. Thes. Inscr.* p. 1878, n. 6; 1901, n. 2.
(5) *Op. cit.* p. 104, 105.
(6) *Diss. de vet. Christ. inscriptt.* usu c. 1.
(7) *Atti dell'Acc. Rom. di Arch.* T. II, p. 60.
(8) II. Tim. IV.
(9) I. Cor. IX.

MVSEO KIRCHERIANO EXTRANEAE

INSCRIPTIONES QVAEDAM CHRISTIANAE

Inscriptiones duae cum Martyrum sanctis exuviis vasibusque sanguineis prostantes in sacris aediculis S. Stanislai Kostkae in domo tyrocinii Soc. Jesu ad S. Andream in Quirinali clivo Urbis. CCLXIX CCLXX

BENEMERENTI GATVTΣIAE
QVE BIXIT ANNVS QVINQVE ET DIES IIII

MERCVRIVS. RVFINE FECIT
COIVGI SVE BENEMERENTI
QVE VIXIT ANNOS XXXIII
IN PACE

In lapide cum pueruli martyris exuviis et vase sanguineo ex quodam coemeterio Romano eruto, quem in ecclesia S. Ignatii seu collegii Romani anno 1833, die S. Vitalis, antequam in regionem Pedemontanam mitteretur, conspexi. CCLXXI

sic) A M
VITALIANVS
INNOX VIXIT
M · X · D · XX<II (*sic pro* XXVIII

In hanc inscriptionem jam aliquod prodiisse commentariolum audivi.

Ego in eam tantum animadvertam, constare exinde martyrem infantulum decem mensium. Nuper supra martyrem puerum unius lustri, et ad N. CCXLIX infantulam martyrem, annorum octo le-

gimus. Confer et N. CCLIII. Marini et Mai alias aliorum infantium martyrum inscriptiones plurimas dabunt (1).

CCLXXII

In lapide ad corpus Martyris
in Ecclesia PP. Oratorii Veron.

DOMNICI BENEMERENTI*s*
IN PACE · DEP · XVIII · KAL · SEPT ·

CCLXXIII

In lapide ab Ecclesia S. Augustini Placentiae
in Mus. Parm. translato.

☧
INNOCES PVELA VONI
FATIA VIXIT
(sic AGNOS · N · III · M · I · 7II
IN EIDEM IN PACE

Lineae tertiae verba aut siglas ita interpret. *Annos Numero tres, mensem unum, dies duos.*

(1) Confer Mai *Scriptor. Vet. nov. Coll.* T. v, p. 363, n. 5; p. 366, n. 2; p. 367, p. 368, p. 369, n. 8; p. 371, n. 5; p. 372, n. 4; p. 374, n. 1, p. 375, n. 1 et 2, p. 377, n. 7; p, 378, n. 2, et 4, et 6; p. 379, n. 1 et 3; p. 382, n. 6, etc. etc.

MVSEI KIRCHERIANI

INSCRIPTIONES SEPVLCRALES IVDAICAE

CCLXXIV

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙ
ΤΑΙ ΦΑΥϹΤΙΝΑ



Hic quiescit Faustina.
Pax

Ficoronius (1), Galeottius (2), Muratorius (3), Lupius (4), Venutius (5), ediderunt hanc graeco-judaicam inscriptiunculam.

Monumentum sepulcrale cum hac inscriptione adinventum est, uti adnotant Lupius et Venutius, secus viam Appiam secundo ab urbe lapide. Ea propter saltem exceptione accipienda erunt verba Odericii haec (6): « Omnes inscriptiones Judaicae in museis Romanis prostantes prodierunt ex veteri Hebraeorum coemeterio extra portam Portuensem ».

Qui titulum hunc Faustinae posuit ipsi *pacem* adprecatur. A Judaeis ad Christianos transiit haec salutandi ratio in liturgia quidem, ut notum est, antiquissima: ast et in sepulcralibus inscriptionibus occurrens saepe saepius.

CCLXXV

. . VERITAS
. . AMOR
sic) . . ANESTASE
. . TITVLOS



(1) *Maschere* p. 209, 210.
(2) *Ficoronii Gemmae* p. 70.
(3) *N. Thes. Inscr.* p. 1674, n. 3.
(4) *Epitaph. Sev. Martyr.* p. 177.
(5) *Diss. sopra due Iscriz. Gr.* in *Giorn. de' Lett.* Rom. mag. 1748, p. 145—158.
(6) *Diss. in aliquot. inscriptt.* p. 213.

Maffeius, qui hunc titulum edidit (1), adnotat eumdem translatum fuisse e *coemeterio Hebraeorum extra Portuensem portam.* De hoc coemeterio qui scire velit adeat Venutium (2).

Conferendus autem erit titulus hic Judaicus cum ethnico ad N. CXLIX prolato.

Praeterea corrigendus erit exinde Zaccarius qui (3) scribit « Judaeorum inscriptionem ullam non invenies quae aut Hebraica aut Graeca non sit ». Museum porro municipale Brixianum etiam notissimam illam et antiquissimam inscriptionem offert

COELIAE PATERNAE
MATRI SYNAGOGAE
BRIXIANORVM

Quam Judaicam esse, non Christianam, ostensum est alibi (4).

(1) *Mus. Ver.* p. 321, n. 8.
(2) *Diss.* mox *cit.*
(3) *De Vet. Chr. inscriptt. usu* c. III, § 1.
(4) *Leggend. di Santi Bresc.* p. 190.

MVSEI KIRCHERIANI

INSCRIPTIONES BASILIDIANAE

In achate saphirino CCLXXVI

ΜΙΧΑΗΛ
ΡΑΦΑΗΛ
ΟΥΡΙΗΛ
CΑΒΑωΘ
ΑΒRΑCΑΞ
ΕΝΜΑΝΟΥ
ΗΛ

Galeottius (1) edidit.

In uno e quatuor aenei clavi lateribus CCLXXVII

ΙΑω CΑΒΑωΘ

Domino, scillicet, *exercituum*.
In aliis ejusdem clavi lateribus incisa sunt astrologica seu magica signa Basilidianorum propria.

Inscriptio in aenea tabella opistographa, quam fere Basilidianam dicerem, quamque supra ad N. XCVI jam obtuli. CCLXXVIII

In parte anteriori

SALVIS
NACHVO

In parte posteriori

ALOGIC
CANIPA

(1) *Museum Odescalchum* P. II, p. 76.

DE MVS. KIRCH. LIBELLO
BASILIDIANO PLVMBEO OPISTOGRAPHO
DISSERTATIVNCVLA

CCLXXIX De libello disseram plumbeo Basilidiano, qui septem constans aeneis pagellis ex utraque parte scriptis figurisque anaglyptis in fastigio insignitis, atque operculo figuris ornato protectus, in Museo Kircheriano servatur. Utinam vero authenticus sit.

Libellus iste diversus est ab alio pariter olim Kircheriano edito a Bonannio (1), et exinde a Montfaucon (2): eoque magis differt ab alio hujus generis libello edito a Montfauconio ipso (3).

Septem quidem tabellis, uti hodiernus Kircherianus libellus, sic et alius editus a Bonannio constabat, eratque et ipse operculo, figuris anaglyptis ex utraque parte insignito protectus, forma item litterarum, atque stylus figurarum variis in tabellis idem erat. Ast non eadem litterarum dispositio, non eaedem repraesentationes: unde quod duo sint libelli, non unus, clare patet. Tantum suspicio oritur, quod quidam, abrepto sincero veteri libello, alium fraudolenter substituerit.

Alius huiusmodi libellus a Montfaucon unice, quod noverim, editus, a duobus Kircherianis mox descriptis, et numero paginarum, quae sex tantum sunt, et scripturae ratione quae in quatuor tantum paginis, et in una tantum, non in utraque earum, facie est, diversus. Ast consonat omnino litterarum forma, et figurarum, quibus tabellae insignitae sunt, stylus. Forsitan vero iste Montfauconii libellus una pagella deficiens erat.

Ex omnibus dictis argui potest, quod tres libelli (supposito genuino et hodierno Kircheriano) ex eadem officina eodemque tempore prodierint, atque eodem systhemate fuerint consarcinati.

(1) *Mus. Kirch.*
(2) *Antiq. Expl.* T. II, p. 380.
(3) *Op. cit.* et *Palaeogr. Gr.* p. 180.

Hisce praepositis, si Nonnum Panopolitanum (1) de quodam septem paginarum libello disserentem audimus, tres supra descriptos libellos fatalitios fuisse vel talismanicos faciliter argumentari possumus. Ad quam rem exponendam etiam Taciti (2) verba erunt non inutiliter advocanda. Scribebat enim ipse: *Reperiebantur .... carmina et devotiones et nomen Germanici plumbeis tabellis insculptum, semiusti cineres ac tabe obliti, aliaque maleficia, quis* (pro *queis* aut quibus) *creditur numinibus infernis sacrari.*

Nedum vero impie, sed etiam stulte Dupuis (3) confert libellum, de quo disseruit Nonnus, cum libro *septem sigillis* munito quem S. Joannes (4) describit. Praeter quam quod enim *septem sigilla* non idem sunt ac *septem pagellae*, omnia etiam alia discordant. Sed Dupuisii phantasiae insaniendo assuetae, ingenioque dissonantia ac toto coelo differentia componendo facili, discrepantiae hujusmodi se se non offerebant. De hac re agam et alibi (5).

Nonni Dionysiaci fatalitius liber, atque tres plumbei superius descripti libelli, differunt a *tabulis coeli*, de quibus quidam veteres loquuntur, puta Philostratus (6), Plotinus (7), et Origenes (8). *Tabulae coeli* enim non erant nisi coeli ipsi, sive stellae et planetae, in quibus hominum fata legi dictitabant astrologi.

Ut auctores et tempus trium libellorum plumbeorum aliquomodo innotescat, animadvertendum est ad litteras etruscas, quas in ipsis cum litteris graecis, et signis astrologicis seu litteris quibusdam Aegyptiacis commixtas intuemur: exunde deduci poterit libellos hujusmodi scriptos in Etruria fuisse, uti aestimabat Montfaucon, atque secundo vel tertio forsitan saeculo. In Etruria porro, litterae graecae, signa illa astrologica a veteribus Aegyptiorum schematibus desumpta, atque Etruriae ipsius veteres litterae, notae adhuc illo tempore, saltem doctis, erant.

Ex aliis rebus animadversis collatisque Montfauconius idem non sine veritatis specie arguebat, quod auctores libellorum illorum Gnostici fuerint sive Basilidiani in Etruria degentes. Porro Basili-

(1) *Dionysiaca* L. XLI, vv. 340—353.
(2) *Ann.* L. II, N. 69.
(3) *Origine de tous les cultes* T. III, p. 243, edit. an. III Reip. Gall. sive an. 1795.
(4) Apoc. V, 1.
(5) *Archaeol. Bibl.* P. I, c. III, § 36, 37.
(6) *Vita Apollonii* L. III, c. 13.
(7) *Enn.* II, lib. 3, c. 6; et *Enn.* III, lib. 1, c. 6.
(8) *Comment. in Gen.* § IX, pag. 14. Opp. edit. Maur. T. II.

diani has litterarum uniones, quorum systhema nobis adhuc omnimode fere latet, suis in documentis, quorum innumera extant edita et inedita, diligebant. Ab illius autem temporis sive saeculi secundi aut tertii stylo in libellis, de quibus agimus, litterarum graecarum atque etruscarum forma non dissonat.

Basilidianum fuisse et scriptorem illum Tyrrhenum sive Etruscum, ex cujus libro *de Cosmogonia* fragmentum attulit Svidas (V. *Τυρρηνια*), ex nonnullis argumentis ipse arguo (1).

Montfauconius adhuc conatus est exponere systhema figurarum quibus insignitus erat plumbeus ille libellus ab ipso, uti dixi, unice editus, putavitque in iis *horas* repraesentari. Ast videant docti, an ejus expositio probanda sit. Ego et quoad figuras et quoad litterarum Graecarum, Etruscarum, et Aegyptiarum, quibus ornati sunt omnes tres libelli, interpretationem, me *Davum* esse fatear.

Usus autem plumbearum tabularum ad scripturam jam antiquitus erat apud populos Romano dominio subjectos aliosque, uti constat ex Pausania (2), ex Svetonio (3), ex Frontino (4), ex Dione (5), ex Plinio (6), atque ex Tacito (7). Sileo in hanc rem verba Job IX, 24, quia diverso modo, ac habet Vulgata, exponi poterunt ex originali textu.

(1) *Archaeol. Bibl.* P. I, c. II, n. 18.
(2) L. IX, c. 31.
(3) *Ner.* c. 20.
(4) *Stratag.* L. III, c. 13, n. 7.
(5) L. XLVI.
(6) L. XIII, c. XI.
(7) Lib. II, N. 69.

MVSEI KIRCHERIANI

ARABICA INSCRIPTIO

In vase ex orichalco opere caelato scriptura cufica. CCLXXX

عز لمولانا السلطان الملك الناصر ناصر
الدنيا والدين محمد بن قلاون

Gloria Domino nostro Sultano *Malec Nasser* (regi adjutori) *Nasser eddunia vaddin* (adjutori mundi, et religionis) Mohammed filio Kelaun.

Mohammed filius Kelaun e dynastia Mamlucorum, caepit imperare Ægypto et Syriae anno Ærae Vulgaris 1293. Regno pulsus anno sequenti denuo rex salutatus est anno 1299. Abdicavit a. 1309, sed iterum in solio locatus a. 1210 perduravit tandem in imperio usque ad mortem a. 1341. Mos fuit principibus viris apud Arabes aliasque gentes moslemicas ut praeter nomen cognomina (alkhab) adsciscerent, quae iis non minus propria essent quam ipsa nomina, quibusque passim designantur apud historiae scriptores. Hujusmodi sunt *Malec Nasser,* rex adjutor; et *Nasser eddunia vaddin,* adjutor mundi et religionis, quae ambo ad eumdem Mohammed pertinent (1).

(1) Cuficae Inscriptionis expositionem, quam protuli, Clarissimo viro Co. K. O. Castilioneo, magno Cuficorum numismatum illustratori, debeo.

MVSEI KIRCH. INSCRIPTIO

LITTERIS IGNOTIS

CCLXXXI *Inscriptio litteris aeneis tectorio infixis mihique ignotis* (1) *quam spuriam esse vehementer suspicor.*



(1) Quaedam ex ipsius inscriptionis litteris adinveniuntur in alphabeto quodam insulanorum Formosae spurio, nec non in alio quo Liberi Aedificatores (Francs Maçons) a saeculo usque XVII abutebantur.

MORCELLII INSCRIPTIONES

MVSEVM KIRCHERIANVM SPECTANTES

Inscriptiones adduntur, quibus Morcellius (1) *Museum Kircherianum* CCLXXXII
ornavit, quasque ipse postea inter alias suas edidit. CCLXXXIII
CCLXXXIV

ATHANASIVS · KIRCHER
DOMO · FVLDA
MATHEMATICVS · AETATIS · SVAE
PRAESTANTISSIMVS
AD · INGENIA · HOMINVM · PRAECLARIS
ARTIBVS · IMBVENDA
MVSEVM · CVI · NOMEN · ET · FAMAM
FECIT
INSIGNIBVS · VETVSTATIS · RELIQVIIS
ET · MIRANDIS · NATVRAE · MVNERIBVS
INLATIS
PRIMVS · SVA · IMPENSA
CONSTITVIT
IDEMQVE · INVENTIS · SVIS · AVXIT
SCRIPTIS · ILLVSTRAVIT
PHILIPPVS · BONANNVS
CONTVC · CONTVCCIVS PRAEFECTI
ALTER ORNATV VARIO
ALTER · VETERVM · MONVMENTIS
EXCOLVIT
LITTERIS VTERQVE CELEBRARVNT
IOAN · BAPTISTA · TOLOMEVS
CARDINALIS
ANNVA · PECVNIA
IN · TVITIONEM · LEGATA
AB · INTERITV · ASSERVIT

(1) *Inscriptiones* p. 302; et *De Stylo* p. 354, 373.

BENEDICTVS XIIII PONTT · MAXX.
PIVS · VI
REX · POLONIAE · FRIDERICVS
AVGVSTVS III
MVSEVM · MVNIFICENTIA · SVA
DITAVERVNT
QVIQVE · INFRA · SCRIPTI SVNT
VV · CC
ALII · ALIA · VETERVM
SVPELLECTILE
ORNAMENTISQVE · EX · GEMMA
AVRO · ARGENTO
ITEM · SIGNIS · AEREIS
MARMOREISQVE
INSTRVXERVNT
NOBILITARVNT
ALEX · GREGORIVS · CAPPONIVS
ALPHONSVS · DONNINVS
LEO · STROZZIVS
PROSPER · MOLARA
FRANCISCVS · FICORONIVS

Morcellius (1) adnotat:

« Locus consulto relictus est nominibus adscribendis munificorum virorum quicumque Museum subinde locupletaverint: quibus jam praeivit, primosque honores occupavit vir eminentissimus Franc. Xaverius Zelada Cardinalis; qui quum domi insignem omnis generis gazam in Museo suo dedicarit, eamque in dies augeat, exornet; eo tamen hoc quoque alterum studio excolit amplificatque, ut non tam Restitutor quam Conditor appellandus sit. Quod quidem testis dico et confirmo: opera enim ille mea aut consilio in monumentis omnibus et praeclara veterum supellectili ordinanda atque ornanda uti voluit ».

(1) *Inscriptt.* p. 302.

EX · AVCTORITATE
PII · VI · PONT · MAX
FRANC · XAVERIVS · ZELADA · CARD ·
III · VIR · COLLEGIO · R · MODERANDO
MVSEVM · KIRCHERIANVM · RESTITVENDVM · CVRAVIT

QVAE · DONO · DATA · COMPARATA · EMPTAVE
IN · MVSEVM · AD · HANC · DIEM · INLATA
DEDICATA · SVNT · QVAEQVE · POSTEA
INFERENTVR · DEDICABVNTVR · EA · OMNIA
COLLEGI · ROMANI · PRIVATA · PROPRIAQVE
IVRE · MANCIPI · SVNTO
SI · QVID · EORVM · QVIS · CLEPSERIT · AVT
DOLO · MALO · CORRVPERIT · VIOLARIT · HIC
SIBI · PONTIFICIS · MAXIMI · DECRETO
SACRIS · INTERDICTVM · SCIAT ·
CIVES · HOSPITESVE · QVICVMQVE · AMANT
LITTERAS · STATIS · DIEBVS · SPECTATVM
ADMITTVNTOR · IIDEM · CVM · LIBVERIT
ADEVNTO
HIS · DESCRIBERE · QVAE · VELINT · ET · IN
CHARTIS · EFFINGERE · LICETO
MOVERE · QVID · ALIOVE · TRANSFERRE
NE · LICETO

Morcellius (1) adnotat:

« Viri Eminentissimi Xaverii Zeladae Cardinalis rogatu has Museo Kircheriano leges praescripsi ».

ANTIQVO DIERVM GLORIA ET BENEDICTIO

(1) *De Stylo* p. 373.

INDEX